STEPH. ANTONI MORCELLI

OPERVM EPIGRAPHICORVM

VOLVMEN III.

Digitized by the Internet Archive
in 2014

https://archive.org/details/stephantoniimorc03morc

STEPH· ANTONI MORCELLI

OPERVM EPIGRAPHICORVM

VOLVMEN III·

STEPH· ANTONI MORCELLI

DE STILO
INSCRIPTIONVM LATINARVM

LIBER III·

EDITIO ALTERA AVCTIOR ET EMENDATIOR

PATAVII
TYPIS SEMINARII
AN· M·DCCC·XXII·

ELENCHOS LIBRI TERTII

DE STILO INSCRIPTIONVM LATINARVM

LIBRO nI. Qui est ΚΑΤΑΣΚΕΥΑΣΤΙΚΟΣ

ΠΡΟΛΕΓΟΜΕΝΑ

§. I. De veteribus novisque inscriptionum argumentis . . . . Pag. 1
II. De imitatione inscriptionum antiquarum . . . . . » 4

Partitio Prima. Multiplex dictionum formularumque veterum supellex ad sena genera inscriptionum . . . . . » 8

Capvt I. Initia et apposita inscriptionum sacrarum

Pars I.

§. I. Initia titulorum Diis positorum . . . . . » 9
II. Apposita titulorum Diis positorum . . . . . » 10
III. Vsus exemplorum et imitatio . . . . . » 12

Pars II.

§. I. Initia monumentorum ad sacra pertinentium . . . . . » 14
II. Apposita monumentorum ad sacra pertinentium . . . . . » 15
III. Vsus exemplorum et imitatio . . . . . » ibid.

Capvt II. Initia et apposita inscriptionum honorariarum

Pars I.

§. I. Initia inscriptionum honorariarum, quae claris viris positae . . » 17
II. Apposita inscriptionum honorariarum, quae claris viris positae » 18
III. Vsus exemplorum et imitatio . . . . . » 20

Pars II.

§. I. Initia inscriptionum honorariarum, quae primariis feminis positae » 22
II. Apposita inscriptionum honorariarum, quae primariis feminis positae» ibid.
III. Vsus exemplorum et imitatio . . . . . » 23

Capvt III. Initia et apposita epitaphiorum

Pars I.

§. I. Initia epitaphiorum viris positorum . . . . . » 25
II. Apposita epitaphiorum viris positorum . . . . . » 26
III. Vsus exemplorum et imitatio . . . . . » 27

Pars II.

§. I. Initia epitaphiorum feminis positorum . . . . . » 28
II. Apposita epitaphiorum feminis positorum . . . . . » 29
III. Vsus exemplorum et imitatio . . . . . » 31

PARS III.
§. I. Initia epitaphiorum pueris puellisque positorum . . . . Pag. 31
II. Apposita epitaphiorum pueris puellisque positorum . . . . » 32
III. Vsus exemplorum et imitatio . . . . . » 33
PARS IIII.
§. I. Initia epitaphiorum, quae sunt sepulcrorum communium . . » 34
II. Apposita epitaphiorum, quae sunt sepulcrorum communium . » 35
III. Vsus exemplorum et imitatio . . . . . » 36
CAPVT III. Initia et apposita inscriptionum historicarum
PARS I.
§. I. Initia fastorum . . . . . » 37
II. Apposita fastorum . . . . . » 38
III. Vsus exemplorum et imitatio . . . . . » ibid.
PARS II.
§. I. Initia ex inscriptionibus operum publicorum . . . . . » 39
II. Apposita ex inscriptionibus operum publicorum . . . . . » 40
III. Vsus exemplorum et imitatio . . . . . » 41
PARS III.
§. I. Initia ex indicibus locorum publicorum privatorumque . . . » ibid.
II. Apposita ex indicibus locorum publicorum privatorumque . . » 42
III. Vsus exemplorum et imitatio . . . . . » ibid.
PARS IIII.
§. I. Initia ex indicibus eorum, quae legata, donata, vendita aut empta » 43
II. Apposita ex indicibus eorum, quae legata, donata, vendita aut empta » 44
III. Vsus exemplorum et imitatio . . . . . » ibid.
CAPVT V. Initia et apposita ellogiorum
PARS I.
§. I. Initia ex ellogiis magistratuum . . . . . » 46
II. Apposita ex ellogiis magistratuum . . . . . » ibid.
III. Vsus exemplorum et imitatio . . . . . » ibid.
PARS II.
§. I. Initia ex ellogiis hominum privatorum . . . . . » 47
II. Apposita ex ellogiis hominum privatorum . . . . . » 48
III. Vsus exemplorum et imitatio . . . . . » ibid.
PARS III.
§. I. Initia ex ellogiis feminarum . . . . . » 49
II. Apposita ex ellogiis feminarum . . . . . » ibid.
III. Vsus exemplorum et imitatio . . . . . » ibid.
CAPVT VI. Initia et apposita constitutionum publicarum
PARS I.
§. I. Initia legum et edictorum . . . . . » 50
II. Apposita legum et edictorum . . . . . » 51
III. Vsus exemplorum et imitatio . . . . . » 52
PARS II.
§. I. Initia S. C. et decretorum . . . . . » ibid.
II. Apposita S. C. et decretorum . . . . . » 53
III. Vsus exemplorum et imitatio . . . . . » 54

PARS III.
§. I. Initia e tabulis, quae sunt foederum et hospitiorum . . . Pag. 55
II. Apposita e tabulis, quae sunt foederum et hospitiorum . . . » 56
III. Vsus exemplorum et imitatio . . . . . » ibid.
PARS IIII.
§. I. Initia e rescriptis et diplomatibus imperatorum . . . . . » 57
II. Apposita e rescriptis et diplomatibus imperatorum . . . . . » 58
III. Vsus exemplorum et imitatio . . . . . » ibid.
PARS V.
§. I. Initia ex inscriptionibus mensurarum et ponderum publicorum » 59
II. Apposita ex inscriptionibus mensurarum et ponderum publicorum » ibid.
III. Vsus exemplorum et imitatio . . . . . » 60
PARS VI.
§. I. Initia e decretis actisque collegiorum . . . . . » ibid.
II. Apposita e decretis actisque collegiorum . . . . . » 61
III. Vsus exemplorum et imitatio . . . . . » ibid.
CAPVT VII. Munerum publicorum ac dignitatis, generis, ordinis appellationes
PARS I. Munera publica . . . . . » 63
§. I. Sacerdotia . . . . . » ibid.
II. Magistratus . . . . . » 64
III. Curationes . . . . . » 65
IIII. Vsus exemplorum et imitatio . . . . . » 66
PARS II. Collegia et sodalitates . . . . . » 68
§. I. Qui praesunt . . . . . » ibid.
II. Qui parent . . . . . » 69
III. Vsus exemplorum et imitatio . . . . . » ibid.
PARS III. Militia . . . . . » 70
§. I. Ductores ordinum . . . . . » ibid.
II. Milites . . . . . » 72
III. Vsus exemplorum et imitatio . . . . . » 73
PARS IIII. Publica decora et gradus privatae dignitatis . . . . . » 74
§. I. Viri primarii et honore usi . . . . . » ibid.
II. Honorati a Principibus . . . . . » 75
III. Administri Principum et Magistratuum. . . . . » 76
IIII. Vsus exemplorum et imitatio . . . . . » 77
PARS V. Studia . . . . . » 78
§. I. Litterae disciplinaeque . . . . . » ibid.
II. Artes ingenuae . . . . . » ibid.
III. Vsus exemplorum et imitatio . . . . . » 79
PARS VI. Munera hominum privatorum . . . . . » 81
§. I. Mercatores et navicularii . . . . . » ibid.
II. Artifices opificesque . . . . . » ibid.
III. Qui magistratibus apparent . . . . . » 82
IIII. Qui sunt in famulatu . . . . . » 83
V. Vsus exemplorum et imitatio . . . . . » 84
PARS VII. Auctores monumentorum in titulis generatim adscripti . . . » 85
§. I. Civitates et populi . . . . . » ibid.

II. Magistratus et ordines urbani . . . . . Pag. 86
III. Collegia et sodalitates . . . . . » 87
IIII. Milites . . . . . » 88
V. Greges et familiae . . . . . » 89
VI. Vsus exemplorum et imitatio . . . . . » ibid.
CAPVT VIII. Formulae ex veterum inscriptionibus ad res plerasque designandas et ornandas aptae . . . . . » 91
PARS I. Vota et votorum caussae . . . . . » ibid.
§. I. Vota . . . . . » ibid.
II. Votorum caussae . . . . . » 92
PARS II. Sacra et dedicationes atque instaurationes monumentorum sacrorum 94
§. I. Sacra . . . . . » ibid.
II. Dedicationes . . . . . » 96
III. Instaurationes monumentorum sacrorum . . . . . » 99
PARS III. Opera publica privataque . . . . . » 101
§. I. Viae, columnae milliariorum, pontes, campi, ripae . . . . » ibid.
II. Amphitheatra, theatra, circi, fora, emporia, basilicae . . . » 104
III. Ductus aquarum, fontes, thermae, balinea . . . . . » 105
IIII. Arcus, statuae, porticus, atria, bibliothecae . . . . . » 107
V. Portus, fossae, muri, turres, portae . . . . . » 109
VI. Scholae, officinae, pavimenta, sedes, gradus, et similia . . » 110
PARS III. Beneficia, liberalitates, legata . . . . . » 111
§. I. Beneficia . . . . . » ibid.
II. Liberalitates . . . . . » 112
III. Legata . . . . . » 114
PARS V. Sepulcra . . . . . » 116
§. I. Vita acta et caussae mortis . . . . . » ibid.
II. Structura monumenti et impensa . . . . . » 117
III. Laudes defunctorum . . . . . » 119
IIII. Iura sepulcrorum . . . . . » 121
PARS VI. Gradus et insignia honoris ac publica virtutis monumenta . . » 122
§. I. Gradus honoris . . . . . » ibid.
II. Insignia honoris . . . . . » 123
III. Publica virtutis monumenta . . . . . » 124
PARS VII. Virorum domi militiaeque illustrium laudes et recte facta . . » 125
§. I. Quae sunt pacis et togae . . . . . » ibid.
II. Quae sunt belli et armorum . . . . . » 127
PARS VIII. Formulae fastorum . . . . . » 129
§. I. Quae ad magistratus pertinent . . . . . » ibid.
II. Quae ad res gestas pertinent . . . . . » 130
PARS VIIII. Acta, concessa, vindicata per magistratus, ordines, collegia . » 131
§. I. Acta et concessa . . . . . » ibid.
II. Vindicata . . . . . » 132
PARS X. Edicta a magistratibus . . . . . » 133
§. I. Quae sunt de rebus sacris . . . . . » ibid.
II. Quae pertinent ad administrationem urbanam . . . . . » 134
III. Quae spectant ad rem militarem . . . . . » 135

PARS XI. Munera magistratuum . . . . . Pag. » 136
§. I. Quae sunt magistratuum ordinariorum . . . . . » ibid.
II. Quae sunt magistratuum extraordinariorum . . . . . » 137
PARS XII. Iussa et vetita de moribus officiisque . . . . . » 138
§. I. Quae sunt religionis et pietatis . . . . . » ibid.
II. Quae sunt juris et humanitatis . . . . . » 140
PARS XIII. Poenae multaeve et comminationes . . . . . » 141
§. I. Poenae multaeve . . . . . » ibid.
II. Comminationes . . . . . » 142
PARS XIIII. Ius privatum immunitatis aut possessionis . . . . . » 143
§. I. Ius a principe datum vel a senatu . . . . . » ibid.
II. Ius avitum aut pecunia partum . . . . . » ibid.
CAPVT VIII. Litterae inscriptionum singulariae et vocabula decurtata . . . » 145
§. I. Inscriptionum sacrarum . . . . . » ibid.
II. Inscriptionum honorariarum . . . . . » 146
III. Epitaphiorum . . . . . » 148
IIII. Inscriptionum historicarum . . . . . » 149
V. Ellogiorum . . . . . » 150
VI. Constitutionum publicarum . . . . . » ibid.
CAPVT X. Numeri ac notae inscriptionum . . . . . » 152
§. I. Numeri . . . . . » ibid.
II. Notae . . . . . » 155
CAPVT XI. Clausulae inscriptionum . . . . . » 157
§. I. Inscriptionum sacrarum . . . . . » ibid.
II. Inscriptionum honorariarum . . . . . » 158
III. Epitaphiorum . . . . . » ibid.
IIII. Inscriptionum historicarum . . . . . » 159
V. Ellogiorum . . . . . » 160
VI. Constitutionum publicarum . . . . . » ibid.
CAPVT XII. De utilitate et opportunitate exemplorum omnium et formularum » 162
§. I. Ad inscriptiones sacras . . . . . » ibid.
II. Ad inscriptiones honorarias . . . . . » 166
III. Ad Epitaphia . . . . . » 169
IIII. Ad inscriptiones historicas . . . . . » 172
V. Ad Ellogia . . . . . » 176
VI. Ad Constitutiones publicas . . . . . » 178
CAPVT XIII. De usu exemplorum omnium et formularum ad quatuor consectaria inscriptionum mixti generis . . . . . » 181
§. I. Ad inscriptiones temporarias . . . . . » ibid.
II. Ad inscriptiones nummarias . . . . . » 184
III. Ad titulos rerum privarum . . . . . » 186
IIII. Ad inscriptiones poeticas . . . . . » 188
PARTITIO SECVNDA. De locis ac fontibus inscriptionum omnium . . . . . » 191
CAPVT I. De locis ac fontibus inscriptionum, quae ad sex genera revocantur ibid.
CAPVT II. De locis ac fontibus inscriptionum temporariarum . . . . . » 200
CAPVT III. De locis ac fontibus inscriptionum nummariarum . . . . . » 206
CAPVT IIII. De locis ac fontibus titulorum rerum privarum . . . . . » 210

Caput v. De locis ac fontibus inscriptionum poeticarum . . . . Pag. » 215
Pars i. Epitaphia . . . . . » 216
Pars ii. Inscriptiones sacrae . . . . . » 220
Pars iii. Inscriptiones historicae . . . . . » 223
Pars iiii. Ellogia . . . . . » 225
Index nominum rerumque, de quibus per tres libros quaestio obiter instituta, aut injecta mentio est . . . . . » 233

DE STILO
INSCRIPTIONVM LATINARVM

LIBER III.

QVI EST ΚΑΤΑΣΚΕΥΑΣΤΙΚΟΣ

ΠΡΟΛΕΓΟΜΕΝΑ

§. 1.

De veteribus novisque inscriptionum argumentis

I. Quum supellectilem hoc libro satis amplam e thesauris veterum exhibituri simus ad novas inscriptiones condendas non inutilem; res ipsa postulat, ut aliquid de veteribus novisque inscriptionum argumentis disseramus: ne sine caussa laborem hunc suscepisse, nullaque utilitate ex antiquorum exemplis tantam formularum quasi congeriem apparasse videamur. neque enim desunt, qui Latinis litteris paullo infensiores, vix jam eam linguam quae remotissimae aetatis populique a nobis alienissimi fuerit, vitae hujus rationi consuetudinisque, quam sequimur, convenire posse contendant: sive quod Latinis ipsi litteris a pueritia neglectis, nullum Latini sermonis gustum habeant, sive etiam quod iis subinvideant, qui eam sibi scribendi facultatem compararunt, quam fore desperant, ut ipsi adsequantur.

Ac primum non ego hic diffiteor, quod jam ultro dedi, Romanos veteres ob superstitionem, qua implicati erant, et propter imperii amplitudinem reique publicae rationem, iis in argumentis saepe esse versatos, quae nostra religio, nostrae res, nostri mores non recipiunt. verum neque hujusmodi omnia esse reperiuntur, quae illi titulis persequuti sunt; neque ea ipsa, quae magis aliena videntur, ita ab hisce nostris differunt argumentis, ut quemadmodum eorum inscriptiones pro exemplis sunt, ita dictiones eorundem et formulae praeclarum nobis ad scribendum subsidium instrumentumque esse non possint. atque ea quidem veterum exempla, quae a moribus nostris minus abeunt, non ita vel numero pauca vel formulis repugnantia sunt, ut non saepe iisdem prope verbis uti liceat omnibus, quae illi usurparint. nam et ellogia et honorariae inscriptiones, et quas historicas nominavimus, quid habent fere, quod non et personis et rebus temporibusque nostris nec sine quodam lepore consentiat? magistratuum utique et munerum quorundam appellationes tempus ipsum et consuetudo abolevit: at aliae manent;

alias si usurpes, nemo non intelligat, quid designent. tum ea veteres plerumque narrant aut celebrant, quae nunc quoque et fiunt et laudabiliter fiunt: nec vero, si nunc majestas illa populi omnium gentium victoris nusquam est, si curia veteri et rostris, si republica imperioque caremus; ingenio etiam et genere et virtute superamur.

Atque ingenia quidem hominum, quae nunc etiam in multis acerrima atque maxima sunt, quanto jam vel clarioribus imbuta artibus vel melioribus exculta disciplinis? eo autem quidam genere orti, ut majores eorum non modo rerum gestarum gloria floruerint, sed diu etiam magnis in urbibus tenuerint principatum. multorum vero vel hac aetate domi militiaeque nobilitata virtus est: qui ea etiam saepe gesserint, quae raro in antiquis annalibus legantur. jam si regna nunc sunt, quae populi Romani provinciae fuerunt, regnorum etiam vel ultra oceanum propagati fines, quo ne fama quidem Romani nominis quondam pervenit. est quoque Pontificis Maximi dignitas et amplitudo, quae orbem terrae impleat; cui sane multa rectius tribui possint, quae illi Imperatoribus adscribebant. sunt hodieque Adsertores libertatis publicae, Restitutores urbium et provinciarum, Locupletatores civium, Optimi Principes, Patres Patriae. opera autem publica quae et quanta fiunt? non illa quidem Numidicis, ut olim, aut Carystiis uno e scapo columnis suffulta; non aereis laeunaribus, non signis omnis generis decorata; at sumptuosa tamen atque magnifica, et eosdem fere in usus, iisque de caussis, ob quas olim exstruebantur: ut inscriptiones, quae nunc fiunt, veterum formulas plane omnes admittant.

II. Verum quid ad nos, inquies, antiquae illae Deorum inscriptiones, quae superstitionis plenae sunt; aut quo pacto nobis ad sacros titulos conficiendos prodesse possunt? quid item epitaphia illa vetera? quam multa in his a nostris institutis aliena continentur? ipse denique constitutionum publicarum stilus et forma quî probari possint, quum tantum ab his differre videamus, quae jamdiu in hominum consuetudine usuque quotidiano versantur? atqui non ita haec vere dicuntur, ut eorum quoque exemplorum magnus adhuc usus esse non possit. ut enim praeclari architecti, quae in antiquis aedificiorum omnis generis parietinis, alia alibi inventa sint, capitula, columnae, epistylia, signa, aeroteria et hujusmodi, ea omnia facile novis operibus aptare potuerunt; ita docti titulorum scriptores quae quibusque in exemplis legerint, sint licet aliena atque varia, iis rursus locum invenire, ac scite admodum eleganterque uti norunt.

Inscriptiones nimirum, quae apud veteres sacrae habebantur, perversam pleraeque religionem eatenus sapiunt, quoad suppositorum Deorum notatae nominibus, cultorum animos a vero aberrantes et superstitione imbutos declarant. at ubi Deorum nomina sublata fuerint, reliqua jam verba, expiata satis ac munda, ultro ad Christiana sacra transibunt: quemadmodum simulacris fictorum numinum eversis templa etiam Christiano sunt ritu cultuque consecrata. quare et apposita illustria virtutibus designandis et sollemnes donariorum dedicationes et singulae votorum solvendorum formulae optimo jure retinentur: quippe nunc tandem legitima esse incipiunt, et puriter sancteque usur-

pantur. ceterum in tanta exemplorum copia quasdam esse dictiones, quibus abstinendum sit, jam monuimus: quarum non ea jactura videri debet, ut sine his mancam orationem atque inornatam esse, paene necesse sit.

Eadem vero epitaphiorum est ratio vel etiam melior. quam pauca enim antiquis ab exemplis detrahenda, quo sepulcris hisce nostris convenire videantur? omitte illam initio Deorum Manium appellationem, quam veteres quoque aliquando neglexerunt: tum si qua occurrunt superstitiosa sacerdotiorum aut sodalitiorum nomina, relinquito: loci etiam religiosi mentionem, salutationesve eas rejice, quibus aeternam cineri atque ossibus mortuorum quietem optabant: vix jam aliud reliquum erit, quo quisquam offendi possit. quod si, iis deletis, notam praeterea aliquam veterum Christianorum addideris, quae sepulti religionem et sacra testetur, epitaphia jam omnia solleuni quadam lustratione purgaveris. quae quum ita sint, non pauca, opinor, in antiquis epitaphiis parata nobis esse jam dabis, quibus ad sepulcrorum novorum titulos commode uti liceat. nam reliqua quidem veterum exemplorum oratio vel circa munera sepultorum curationesve versatur, quibus illi in vita functi sint, vel virtutes eorum designat et vitam pie actam vel propinquorum amorem luctumque declarat; simul vitae annos, temporis notam, sepulcri spatium et jura, aliaque id genus persequitur: quae omnia non modo ab his non aliena, quae nostris in epitaphiis comprehendimus, sed ea ipsa omnino sunt, quae indicanda maxime aut exponenda videantur.

II. Ad constitutiones publicas quod attinet, quum hoc nomine res plane varias complexi simus, non ita vetera id genus exempla ab argumentis, quae nunc tractari solent, omnia dissentiunt, ut inepta plane atque inutilia habenda sint. non equidem inficior, quandoquidem Principum jam rerumque publicarum leges vernaculis scribantur linguis, totam antiquarum legum dictionem, quod dignitatis plena sit, ejusmodi esse, ut ad res privatas translata, privati hominis sermone major, ac vix jam seria videatur. at ejus erit, qui privatas leges scripturus sit, ut nihil ordiatur inepte, nihil exquisitum nimis aut reconditum sectetur, et oratione idem utatur attenuata usque ad usitatissimam puri sermonis consuetudinem; ut stilus quidem non alius, quam qui olim legum fuit, sententiae vero privati hominis esse reperiantur. ob eam rem Catonianam villici legem libro secundo protuli, ad quam quisque privatas leges referre posset.

Verum decreta, foedera, diplomata, acta, edicta ipsa, si latine efferenda sint, quis aliis denique formulis scribenda nunc dixerit, quam quae a Latinis veteribus traditae sunt? neque enim aut res in his novae admodum planeque diversae exponendae, aut quae aliis verbis explicari melius, et gravius proponi possint. nam quod ista aliquando quum legimus, recentiorum descripta stilo, modo subridere modo offendi solemus; non ideo fit, quod illa veterum dictio et concepta verba novis omnino argumentis repugnent atque dissentiant: sed ea fere causa est, quod multa non raro in aliam sententiam detorta sunt, quam quae olim iisdem verbis formulisque subesset: ut recentes illi scriptores aliud animo cogitasse, aliud verbis designasse videantur. id ve-

ro non priscis exemplis vitio dandum, sed iis culpae vertendum est, qui minus bene usi sunt. utrumque scilicet hebetem tardumque scriptorem arguit, si aut ea, quae ad nostra argumenta faciunt, non viderit, aut ea convenire his duxerit, quae rebus plane diversis apta sint.

Quapropter hoc velim tironibus curae sit, ne antiquarum formularum elegantia delectati, ea etiam, quae minus propria sint, recipiant, et verba rebus socient vel invita. illud meminerint, quod Lysiae Socrates dixit (1), si calceos ei Sicyonios quis attulisset, se usurum non esse, quamvis essent habiles et apti ad pedem: quia non essent viriles. veteribus nempe exemplis ad novos titulos sic est utendum, ut ante scriptionem genus generi, argumentumque argumento comparemus. ut ut multa non congruant, ea fere est omni in genere exemplorum copia, ut haec diligenter scrutanti raro lateat, quod rei cuique, si minus ad amussim respondeat, stilo certe atque dictione quammaxime accedat.

III. Ac genera quidem ipsa inscriptionum, quum hae rebus addictae similibus, eundem in usum nunc quoque fiant, haud plura exsistere jam possunt, quam olim fuerint: ut quaecumque tibi inscriptio pangenda sit, ejus saltem exemplum in promptu esse debeat. nisi quod ii aliquando in angustias te cogent, qui eas res inscriptione comprehendi volunt, quas nemo veterum in ejus generis titulo indicandas arbitrabatur. quae maxime caussa est, cur malis passim inscriptionibus aetatem hanc nostram notari ac prope dehonestari videamus. eo in numero sunt historicae illae, quas quidam figi nunc jubent, non ut opus aliquod a Principe factum, aut locum operi adtributum declarent; sed hoc ut tradant, Principem eo loci vestigium fecisse, accubuisse, cenasse; quae si veteres in lapidibus consignanda putassent, locum jam nullum litteris vacuum haberemus. hinc jam illae formulae, *Dignitatem, quae deerat, peperisse, Praesentia decorasse, Majestate implevisse,* et hujusmodi alia, quae veteres illi, quorum nos saepe et facta et dicta carpimus, nusquam habent. enimvero homines hujusmodi παραγραφοντας et λιθαζοντας illud velim, si fieri possit, edoceas, qui eas res posteris tradendas putet, huic pro historica inscriptione, quae argumento non convenit, honorariam ponendam esse: hanc autem sine ejus simulacro, cujus honori ponitur, figi omnino non debere, ne is scilicet basim sine statua posuisse videatur. sic fiet, ut alii, impensa deterriti, monumenta levi de caussa non constituant, alii ita statuant, ut inscriptiones justae et legitimae videantur.

§. II.

De imitatione inscriptionum antiquarum

I. Enimvero si veterum inscriptionum argumenta parum fere ab his differunt, quae nunc tractamus, cui jam antiqua illa eruditorum virorum exempla digna non videantur,

(1) Cic. de Orat. l. 1. c. 54. n. 231.

quae quisque naviter studioseque imitetur? nam ii etiam, qui Latinos versus aut Latinam orationem scribere aggrediuntur, quamquam recentiorum scripta exstant permulta, a veteribus illis, qui maximam in scribendo laudem adepti sunt, praecepta sibi et normam et stilum addiscendum arbitrantur. quippe non ut ceteris in artibus, sic Latinis etiam in litteris praeclari aliquid adsequi ingenio datur, nisi veterum magistrorum vestigiis insistamus: ut qui hos reliquerunt, nihil effecerint aliud, quam ut eos quoque ipsos nemo imitatione sua dignos judicaret.

Illud igitur in primis quaerendum est, quae antiquarum inscriptionum imitatio esse debeat, ut quam maxime fieri possit, ad veterum stilum scribendo accessisse videamur. duo autem in horum exemplis semper consideranda puto, primum quae unoquoque in genere nominum ac rerum distributio sit; alterum qui dictionum usus ac formularum delectus esse soleat: utroque enim inscriptio perfici, et formam quodammodo accipere mihi videtur. et sane inscriptioni plurimum decrit, si nominum rerumque ordinem immutaveris, quem veteres constantissime retinuerunt. neque enim figura solum lineamentisque carebit suis, sed usum etiam et elegantiam et dignitatem amittet. nihil scilicet a veteribus sine caussa inductum receptumve est. nam et quaedam primo loco enuncianda statuerunt, quod primum ea nosse intersit: et alia inferius scribenda, quod id vel series temporum vel dignitatis ratio postularet. tum nonnulla ideo disjuncta, ne, si conjungerentur, obscuritatem afferrent: plura saepe uno verborum ambitu comprehensa, ut oratio rerum amplitudini et personarum majestati par esset: is denique formulis quibusque locus datus, quem aut ordo poscceret, aut majorum consuetudo tribuisset, ut poëtis interdum et oratoribus multa licentius variare ac miscere liceat, quae titulorum scriptores movere loco sine fraude non possint.

Itaque non modo ut priscam illam inscriptionum formam exprimamus, sed etiam ut veterum consilium sollertiamque adsequamur, eniti plane debemus, ut quaecumque inscriptionibus incluserimus, eam habeant sedem, quam antiqua exempla propriam cujusque esse declarant. nec vero, si quis veterem inscriptionem nactus non dissimilis argumenti, novam ipse totidem versibus, ac paene totidem verbis absolverit, hunc ego parvum diligentiae suae fructum putem esse laturum: vix enim fieri potest, ut elegantiae aliquid et dignitatis ex ipsa comparatione non duxerit. sed haec tirones exercitationis caussa conentur; exercitatis exspatiari liceat latius: neque enim certos ultra fines excurrent.

II. Iam ne illud quidem minori diligentia curandum est, ut novas inscriptiones antiquis, quantum fieri potest, dictionibus formulisque texamus. nam qui liberius aliquid e Latinorum scriptis petunt, quid aliud agunt, nisi inscriptionem faciunt inaequalem, stilumque temere pervertunt? id autem maxime reprehendi solet, quum sollemnes formulae negliguntur, ut poëtae aut oratoris dictio aliqua exquisitior usurpetur. nae illi leves atque inconsiderati, qui hoc non viderint, tantundem inscriptioni e nativo ornatu detractum, quantum alieni adscitum fuerit. quamquam ne iis quidem venia danda est,

qui inscriptionum artificium se tenere professi, non tam nova inducere ausi sunt, quam antiqua et propria ignoraverunt. est enim turpe in iis peregrinum inveniri, in quibus te ceteris praestare glorieris. de quo tamen minus jam accusari ii poterunt, qui hanc laboris nostri partem acquo animo adspiciant, et iis uti opibus ne graventur, quas ex avitis thesauris ad eorum utilitatem apparavimus.

Quaeri autem potest, qui ea inscriptionum membra, quae hoc libro afferentur, recte in rem suam transferre velit, huic ne integra liceat sumere, an infringenda sint parceque delibanda? quo loco illud primum admoneam, oportet, neutrum sane faciendum videri, siquidem neutrum inscriptioni, quam paras, prodesse possit. neque enim formulae antiquorum aut invitae includendae sunt, ut inscriptio persimilis veteribus fiat; neque quum quadrant, immutandae, ne scilicet veterum gazam compilasse videaris. fuit exempli caussa, qui vota annalia quum se facere diceret pro Pontifice Maximo, ut pontificatus ejus annum secundum indicaret, velut si de tribunicia potestate sermo esset, aut precario pontificatus geretur, scripsit, *Pontificatum Maximum In Alterum Annum Ineunte*: nonne ea formula, quaecumque tandem sit, relinquenda fuerat, ut planissime scriberet, *Pontificatus Sui Annum Alterum Inchoante*, vel si mavis, *Auspicante?* at contra qui Trajani titulum (1) imitatus, ad aedem Martyrum sanctorum Celsi et Iuliani totidem verbis inscripsit, *Templum Vetustate Dilapsum A Solo Restituit* (2), hic justis plane formulis commode usus, nullam reprehensionis ansam dedit: nisi et veteres reprehendere placet, quod res inter se similes similibus omnino vocabulis designarint. ac mihi quidem qui formulas ejusmodi invenerint, sciteque rebus aptarint, etiam laudem mereri videntur, quod nempe iis, quae minus propriae essent, neglectis, has potissimum praeoptaverint. sunt enim hae communes omnium; ut qui olim usurparunt, eo jure usi sint, quo omnes uti adhuc fas est.

Sed tamen si caussa fuerit, cur aliquid aut demas aut mutes, non utique haesitandum erit aut remissius agendum, quam argumenti ratio requirat. nam quae optima in antiquis exemplis sunt, eadem pessima in novis inscriptionibus fiunt, quum argumento apprime non respondent. tui autem erit in supplendo judicii, ut ea supponas, quae et Latina et justa sint, ne a ceteris discrepent. quamquam hac de re identidem dicemus infra, quum formulae veteres proponentur: quippe ne hanc quidem curam mihi praetermittendam putavi, quo facilius tirones priscarum dictionum qui usus sit, quae imitatio, tenerent.

III. At, inquies: nisi quae proferantur, e lapidibus omnia descripta sint, erit qui clamet, inscriptionem haud esse lapidariam: quasi vero aut omnia in antiquis, qui exstant, lapidibus reperiri possint, aut quae reperiuntur, ejusmodi sint, ut vel repugnantia in quamcumque sententiam detorqueri facile possint. legi equidem non semel centones hujusmodi, et miratus sum, homines eruditos non vidisse, formulis unde unde

(1) Fabr. p. 678. n. 47. (2) Gadd. Rom. Nob. p. 87.

aucupandis hoc se esse adsequutos, ut plane alia saepe dicerent, quam quae dicenda erant: qui si Latinis in litteris versati atque exercitati fuissent, haud invita scribentes, quo vellent, oratio sequuta esset. tibi vero auctor fuerim, ut eruditulorum convicium patienter feras, et inscriptionum dictionem strenuus augeas, dum Latino et presso utaris sermone, ac Latinorum exemplorum formam rationemque imitere. his quidem si auscultandum esset, quammulta a titulis nostris abesse oporteret, inopia exclusa verborum? quae tamen non modo latine efferri possunt, sed etiam eo stili genere, quem argumento cuique maxime convenire, libro superiore demonstravimus. quamquam enim inscriptionum stilus antiquis singulorum generum formulis ornatur et quodammodo distinguitur; non his tamen quasi elementis componi, sed propria quadam accuratae scriptionis forma, et emendata ac Latina loquutione totum constare, jam manifestum est.

III. Restat, ut illud quoque admoneamus, ne qui veteris elegantiae studiosi, et Romanarum litterarum sectatores videri velint, facultatem suam ingenii potius terminis describant, quam priscae consuetudinis finibus; ut quae antiquitas ignorarit, alia ipsi Latinarum inscriptionum genera excudant. numquam sane Latinos ille titulos fecisse videatur, qui nullum ejus, quod ipse induxerit, generis vetus exemplum proferre possit. atque hujusmodi sunt infinitae illae novorum librorum dedicationes, quas quidam, laboriosam scriptionem aversati, pro epistolis et praefationibus supposuerunt. nam veteres quidem, quum libros suos clarorum virorum honori ac meritis dedicarent, postquam in libri fronte titulum ejus, et viri nomen scripserant ad quem mitterent, vel cui donarent; epistolam fere praefationemve subjiciebant: quae aut prosa oratione aut versibus scripta erat: cujusmodi prooemia in Latinorum libris permulta adhuc leguntur. habent enim sua et Cicero et Varro et Catullus: habet Vitruvius, Quintilianus, Columella, Plinius major: Phaeder vero et Statius et Martialis singula prope singulis libris praeposuerunt. at inscriptionem honorariam prooemiorum loco Latinis in libris reperies nullam: atque etiam nullam usquam fuisse, veri ego quam simillimum esse arbitror; quippe nec probari veteribus illis poterat, quibus nemo melius fortasse, quid deceret, vidit, aut decorum in scribendo custodivit. nimirum quum librorum dedicandorum ea caussa sit, ut ii potissimum tamquam proprios legant, ad quos mittuntur, quibusve donantur; ridiculum est, quo loco illos primum adloqui debeas, eo te orationem ad alios convertere: perinde quasi simulacra in libris dicaveris, unde ii, quos honoras, agnosci possint. deinde quum in honorariis ejusmodi titulis non honores solum clarorum virorum, sed virtutes etiam et res gestae enumerari soleant; utique parum ea his convenit clausula, qua librum auctor *ob eas res* se dicare, et gratiam illis quodammodo referre testetur. primum enim quantum sibi ille adrogat, qui Principis aut senatus more se ob merita summos viros remunerari profiteatur? tum quanti munus is suum, quod commune omnium futurum est, facere videtur, qui illud maximarum virtutum quasi praemium constituat?

Quae quum ita sint, retineamus quaeso veterem morem nec quae basibus fornicibusque conveniunt, ea chartis librisque temere aptemus. raro quidem, coërcita, quam aetas haec dedit, licentia, honorariis inscriptionibus conficiendis stilum exercere licebit; at multo jam major carum dignitas erit, quae publicis monumentis incidentur: nec solum quos titulos privati quidam, nulla impensa prodigi, adsentando largiebantur, sublatos e medio gaudebimus; sed etiam virtuti denique uni decus servatum, et veris tributam laudibus perpetuitatem gratulabimur.

PARTITIO PRIMA

MVLTIPLEX DICTIONVM FORMVLARVMQVE VETERVM SVPELLEX AD SENA GENERA INSCRIPTIONVM

Latinam linguam non modo non inopem, ut vulgo putabant, sed locupletiorem etiam esse, quam Graecam, Tullius olim sensit et saepe disseruit. nunc tamen, quia jamdiu in ore hominum esse desiit, veterumque libros, e quibus ediscenda est, plerosque desideramus; non raro fieri solet, ut vel exercitatissimi in scribendo quandoque haereant, et a Graecis quaedam ob sermonis egestatem mutuentur. qui si in prosa oratione aliquando offendunt, quanto eos crebrius in hoc nostro scriptionis genere, tamquam in arido solo, luctari necesse est, quum iis multa, quae oratori et historico in promptu sunt, nulli ad inscriptiones condendas adjumento esse possint? ergo laborem hunc etiam, longum sane ac molestum mihi suscipiendum putavi, ut omnia veterum monumenta, omnes reliquias scrutando, dictiones, formulas, membra ipsa inscriptionum, quae multis dispersa libris, aut ignotis incisa saxis, inventu difficilia sunt, undique colligerem, certasque in partes distributa proponerem. dedi autem operam, ut ea maxime huc conferrem, quae rebus moribusque nostris apta magis invenirem; tum ne quid legerem, quod sublestae fidei, nec dum suppositum pro antiquo videretur: denique ut eo singula ordine digererem, qui scriptionem etiam juvare posset, curamque minueret. cujus quidem laboris haud me jam poenitet: quippe multis, quantum ego conjectura auguror, utilitati haec et commodo futura sint. eos tamen ante admonitos volo, ne hanc formularum congeriem ante pervolvant, quam ea legerint, quae libro secundo gradatim singula exposuimus. nimirum si ad haec peregrinus quis atque hospes accesserit, saepe ille anceps haerebit, nec facile ordinem aut usum cujusque rei rationemque adsequetur.

CAPVT I.

Initia et apposita inscriptionum sacrarum

PARS I.

§. 1.

INITIA TITVLORVM DIIS POSITORVM

Haerent saepe tirones, quum inscriptionem inchoare debent, incerti quo initio utantur: neque enim id, quod commune esse solet, ita semper inscriptioni congruit, ut ad rectam numerosamque membrorum distributionem conferre videatur. longum autem est multique laboris non paucos versare libros, ut unum tandem exemplum inveniatur. ob eam rem describenda hic mihi primum ea veterum inscriptionum initia, quae in quoque genere varia esse ac diversa animadverterim: quo scilicet tirones uno jam adspectu videre singula, atque ex his optare imitationis caussa possint, quod argumento ipsi suo convenire maxime judicaverint. neque vero consilium hoc loco meum apud religiosos homines offensionem jure habeat, quasi auctor fuerim, ut sanctissima quaeque profanis atque impiis vocibus polluerentur. mitto illud, Latinam nos dictionem spectare unice, non veterum sententiis inhaerere: formulis utique illis per errorem abusi omnino veteres sunt, qui commentitia numina probrososque Deos iis ornarint laudibus, quas illi nunquam meruissent. sed ipsa nos verba, sublatis horum nominibus, tum denique puriter recteque primi inducemus, quum Deo immortali, quum Matri ejus, quum sanctis Coelitibus verissime tribuentur: quippe quae ad hos translata, iis jam reddita videbuntur, quibus unis deberentur.

Porro titulorum Diis positorum haec fere initia erant, quae alia aliis in exemplis probatae auctoritatis occurrant:

IOVI · IMP · VESPASIANVS · AVG· · · · · (1)
DEO · IN · CVIVS · TVTELA · DOMVS · EST · · · · (2)
MERCVRIO · CVIVS · SEDES · A · TERGO · SVNT · · · · (3)
I · O · M · IN · HONOREM · DOMVS · DIVINAE · · · · (4)
VIRGINI · DIANAE · SACRVM · PRO · SALVTE · IMP · CAESARIS · · · · (5)
CERERI · LEGIFERAE · DIVINAE · PRO · MERITIS · SACRVM · · · · (6)
NVMINI · DIANAE · · · · (7)
SANCTITATI · IOVIS · ET · AVGVSTI · SACRVM · · · · (8)
PIETATI · FORTVNAE · PRIMIGENIAE · VOTIS · SVSCEPTIS · SALVIS AVGVSTIS · · · · (9)
SACRVM · NVMINI · APOLLINIS · · · (10)
NVMINI · DOMVS · AVGVSTAE · SACRVM · FORTVNAE · CONSERVATRICI HORREORVM · GALBIANORVM · · · · (11)
NVMINIBVS · AVGG · ET · DEAE · DIANAE · · (12)
VENERI · HORTORVM · SALLVSTIANORVM · · (13)

(1) Grut. p. 13. n. 11.
(2) Murat. p. 79. n. 3.
(3) Velser. M. A. V. p. 366. n. 4.
(4) Grut. p. 12. n. 10.
(5) id. p. 40. n. 12.
(6) Don. Cl. 1. n. 58.
(7) Murat. p. 34. n. 5.
(8) Grut. p. 10. n. 1.
(9) id. p. 76. n. 8.
(10) id. p. 38. n. 9.
(11) id. p. 75. n. 2.
(12) Rein. Cl. 1. n. 66.
(13) Don. Cl. 1. n. 52.

GENIO · MVNICIPI · SEGVSINI · · · · (1)
SANCTISSIMAE · NEMESI · L · AVINIVS · · · (2)
DIVO · NERVAE · TRAIANO · PARTHICO · ET · DIVAE · PLOTINAE · DIVI TRAIANI · PARTHICI · VXORI · · · · (3)
IN · HONOREM · DOMVS · DIVINAE · GENIO · SANCTO · · · (4)
PRO · SALVTE · TI · CLAVDI · CAESARIS · AVG · GERMANICI · PONT · MAX · · · · (5)
PRO · SALVTE · ET · VICTORIA · IMP · CAESARIS · · · (6)
SACRVM · PRO · SALVTE · L · SEPTIMII · SEVERIANI · PATRONI · · · (7)
IMPERIO · DOMINI · SILVANI · C · COSVTIVS · · · (8)
IVSSV · IMPERIOVE · COELESTIS · DIANAE · AVG · · · · (9)
PONTIFICVM · MONITV · VOTO · SVSCEPTO · LIBERO · PATRI · · · (10)
EX · RESPONSO · ANTISTITVM · · · · (11)
VOTO · SVSCEPTO · PRO · SALVTE · IMP · CAESARIS · · · · (12)
EX · VOTO · DONVM · POSVIT · C · TETTIVS · · · · (13)
LOCO · PVBLICE · DATO · DECRETO · DECVRIONVM · PARCIS · AVG · SACR · · · · (14)
TI · CAESARE · AVG · IOVI · OPTVMO · MAXVMO · · · (15)
M · AQVILA · IVLIANO · P · NONIO · ASPRENATE · COS · VII · K · IVNIAS PRO · SALVTE · ET · PACE · ET · VICTORIA · ET · GENIO · CAESARIS · · · · (16)
CN · DOMITIVS · CN · F · FIRMVS · SACERDOS · ISIDI · TRIVMPHALI · · · (17)
ANNIA · P · L · FLORA · EX · TESTAMENTO · BONAI · DEAI · SACRVM · · · · (18)
IOVI · O · M · FORTVNAEQVE · MELIORI · AVG · ET · DIS · DEABVSQVE COMMVNIBVS · M · GELLIVS · · · · (19)
APOLLINI · SILVANO · ASCLEPIO · NYMPHIS · SACRVM · L · ARATIVS · · · · (20)
BELENO · AVG · SACRVM · VOTO · SVSCEPTO · PRO · A · AQVILLIO · · · · (21)
BELENO · AVG · IN · MEMORIAM · IVLIORVM · MARCELLI · ET · MARCELLAE ET · IN · HONOREM · IVLIARVM · CHARITES · ET · MARCELLAE · FILIAR · · (22)
MARTI · CAMVLO · OB · SALVTEM · TIBERI · CLAVDI · CAESARIS · · · (23)

Haec satis: nam inscriptionum, quae quidem germanae sint, et hoc ad genus spectent, vix alia utique initia reperies, nominibus tantum qua deorum qua virorum variatis, quae hoc loco descripta legi, nihil interest.

§. II.

APPOSITA TITVLORVM DIIS POSITORVM

Iam id titulorum scriptores haud respuant, imo percommode factum dixerint, quod sub adspectum pleraque Deorum apposita habere possint, unde quisque in rem suam, quod maxime aptum est, facile derivet. sunt autem hujusmodi:

IOVI · OPTIMO · MAXIMO · SERVATORI · CONSERVATORI (24)
IOVI · O · M · TEMPESTATIVM · DIVINARVM · POTENTI (25)
IOVI · DEPVLSORI (26)
IOVI · PRAESTITI (27)
IOVIS · PROPVGNATORIS (28)

(1) Maff. M. V. p. 210. n. 3.
(2) Grut. p. 80. n. 3.
(3) Maff. M. V. p. 251. n. 1.
(4) Grut. p. 108. n. 1.
(5) id. p. 113. n. 1.
(6) id. p. 114. n. 3.
(7) id. p. 115. n. 8.
(8) id. p. 64. n. 9.
(9) Don. Cl. 1. n. 40.
(10) Grut. p. 66. n. 8.
(11) Murat. p. 174. n. 7.
(12) Grut. p. 85. n. 3.
(13) Reines. Cl. 1. n. 11.
(14) Grut. p. 97. n. 10.
(15) Murat. p. 1066. n. 5.
(16) Gior. Pis. t. 5. p. 299.
(17) Grut. p. 83. n. 14.
(18) id. p. 81. n. 11.
(19) id. p. 3. n. 9.
(20) id. p. 36. n. 6.
(21) id. ib. n. 13.
(22) id. ib. n. 16.
(23) id. p. 56. n. 12.
(24) id. p. 18. n. 6.
(25) Spon. Misc. p. 76.
(26) Murat. p. 9. n. 8.
(27) id. p. 10. n. 6.
(28) Grut. p. 300. n. 2.

IOVI · CVSTODI (1)
IOVI · CONSERVATORI · POSSESSIONVM · ROSCIORVM (2)
IOVI · CONSERVATORI · OMNIVM · RERVM (3)
IOVI · MONITORI · CONSERVATORIQVE (4)
IOVI · CONSERVATORI · ET · IVNONI · SANCTAE (5)
IVNONI · REGINAE · CONSERVATRICI · LIBERORVM · DOMVS · AVGVSTAE (6)
IVNONI · OPIFERAE (7)
IVNONI · PLACATAE (8)
IVNONI · PLACIDAE 9)
IVNONI · AVGVSTAE (10)
MATRI · DEVM · OPTIMAE · MAXIMAE (11)
MAGNAE · DEVM · MATRI · IDAEAE (12)
MINERVAE · SANCTAE (13)
MINERVAE · PACIFERAE (14)
BONAE · DEAE · SANCTISSIMAE · CAELESTI (15)
CERERI · LEGIFERAE · DIVINAE (16)
CERERI · MATRI · MAXIMAE · FRVGIFERAE (17)
VIRGINI · VICTRICI · SANCTAE · DEAE · NEMESI (18)
DOMINAE · ISIDI · VICTRICI (19)
DIANAE · CAELESTI · AVGVSTAE (20)
FORTVNAE · CONSERVATRICI · HORREORVM · GALBIANORVM (21)
FORTVNAE · REDVCI · DOMVS · AVGVSTAE (22)
FORTVNAE · RESPICIENTI (23)
FORTVNAE · MEMORI (24)
FORTVNAE · ADIVTRICI (25)
FORTVNAE · AVGVSTAE · OMNIPOTENTI (26)
PACI · AETERNAE · DOMVS · IMP · VESPASIANI · CAESARIS · AVG : LIBERORVMQVE · EIVS (27)
NEPTVNO · ADIVTORI (28)
DEO · NEPTVNO · AQVARVM · POTENTI (29)
HERCVLI · COMITI · CVSTODI (30)
HERCVLI · PACIFERO · INVICTO · SANCTO (31)
HERCVLI · VICTORI · POLLENTI · POTENTI · INVICTO (32)
DEO · HERCVLI · TIBVRTI · INVICTO · COMITI · ET · CONSERVATORI · DOMVS AVGVSTAE (33)
SANCTO · INVICTO · MITHRAE (34)
OMNIPOTENTI · DEO · MITHRAE (35)
LIBERO · PATRI · SANCTO (36)
SANCTO · SILVANO · PANTHEO (37)
SANCO · DEO · PATRI · REATINO (38)
PLVTONI · NERVIANIO · ET · PROSERPINAE · NERVIANIAE (39)
AESCVLAPIO · SANCTO · SERVATORI · ET · HYGIAE (40)
CASTORI · ET · POLLVCI · DIIS · MAGNIS (41)
MERCVRIO · ET · MINERVAE · DIS · TVTELARIBVS (42)
MERCVRIO · ET · MINERVAE · ARNALIAE · NVMINIBVS · AVGVSTORVM (43)
HERCVLI · LIBERO · SILVANO · DIIS · SANCTIS (44)
LARIBVS · PVBLICIS (45)

(1) id. p. 19. n. 7.
(2) Fabr. p. 695. n. 160.
(3) Murat. p. 1977. n. 13.
(4) Maff. M. V. p. 248. n. 1.
(5) Grut. p. 19. n. 3.
(6) id. p. 25. n. 4.
(7) Rein. Adpend. n. 2.
(8) id. Cl. 1. n. 26.
(9) Grut. p. 25. n. 2.
(10) Don. Cl. 1. n. 11.
(11) id. Cl. 1. n. 164.
(12) id. Cl. 8. n. 1.
(13) Reines. Cl. 1. n. 127.
(14) id. Cl. 1. n. 228.
(15) Fabr. p. 637. n. 318.
(16) Don. Cl. 1. n. 58.
(17) Fabr. p. 493. n. 181.
(18) Grut. p. 80. n. 5.
(19) id. p. 84. n. 2.
(20) Don. Cl. 1. n. 40.
(21) Grut. p. 75. n. 2.
(22) id. p. 1014. n. 2.
(23) id. p. 79. n. 1.
(24) Maff. M. V. p. 286. n. 1.
(25) Grut. p. 73. n. 7.
(26) id. p. 73. n. 8.
(27) id. p. 239. n. 3.
(28) Oderic. p. 183. n. 7.
(29) Murat. p. 56. n. 2.
(30) Grut. p. 45. n. 8.
(31) id. p. 49. n. 1.
(32) id. p. 50. n. 3.
(33) id. p. 1013. n. 3.
(34) id. p. 34. n. 2.
(35) id. ib. n. 1.
(36) Murat. p. 41. n. 12.
(37) Don. Cl. 1. n. 66.
(38) Grut. p. 96. n. 8.
(39) Reines. Cl. 1. n. 234.
(40) Don. Cl. 1. n. 84.
(41) Grut. p. 98. n. 9.
(42) id. p. 50. n. 7.
(43) Maff. Ant. Gall. ep. 5.
(44) Reines. Cl. 1. n. 108.
(45) Grut. p. 106. n. 4.

NYMPHIS · SALVTIFERIS (1)
DEO · AETERNO (2)
DEO · MVNIFICO (3)
DIIS · PROPITIIS (4)
DIIS · DEABVSQVE · PRAESIDIBVS · PROVINCIARVM (5)
DIIS · CAELESTIBVS (6)
DIS · PRAESENTIBVS (7)
DIS · CONSERVATORIBVS (8)
DIS · DEABVSQVE · IMMORTALIBVS (9)

Plura his perscribi poterant: neque enim exempla desunt. verum ea maxime eligenda erant, quae usui esse possent: praeterquam quod apposita id genus non pauca libro primo (10) e veterum nummis a me prolata esse memineram.

§. III.

VSVS EXEMPLORVM ET IMITATIO

Quamquam libro superiore non semel admonuimus, qui veterum formularum usus, quae imitatio esse possit; non est tamen hic praetermittendum, quo haec loco quave ratione usurpare debeamus. nam fieri potest, ut aliquando quis abutatur, et in his, quae optaverit, superstitionis aliquid residere vel invitus ferat, ne plusculum de stili antiquitate depereat.

Initia quidem veterum inscriptionum, sublatis Deorum nominibus, omnia fere novis apta argumentis esse possunt, dum ita usurpemus, ut monumentis, in quibus inscribenda sunt, conveniant, et in singulis appellationibus ordinis semper ac dignitatis ratio habeatur. itaque templorum dedicationes recte quis hoc pacto inchoaverit:

DEO · OPTIMO · MAXIMO · PRO · SALVTE · ORDINIS · ET · POPVLI · TVSCVLANI · · ·
DEO · PATRI · SACRVM · IN · HONOREM · SANCTAE · VIRGINIS · · · ·
SACRVM · NVMINI · AETERNO · IN · MEMORIAM · XII · APOSTOLORVM · · ·
DEO · FILIO · SERVATORI · ORBIS · TERRARVM · IN · HONOREM · DOMVS · DIVINAE EIVS · · · · sic enim appellari potest, quae SACRA FAMILIA dici solet.
SPIRITVI · DEO · SANCTO · AETERNO · MVNIFICO · SACRVM · · · ·
IN · HONOREM · MARIAE · ADIVTRICIS · OB · VICTORIAM · IMP · CAESARIS · · · ·
MARIAE · REGINAE · IN · CVIVS · TVTELA · VRBS · EST · · · ·
IGNATIO · PONTIFICI · MARTYRI · ET · IGNATIO · PATRI · LEGIFERO · CONFESSORI SACRVM · · ·
SACRVM · PRO · SALVTE · ET · VICTORIA · IMP · CAESARIS · · · ·
LOCO · PVBLICE · DATO · SODALES · MARIALES · DOMINAE · VIRGINI · · ·
PIO · VI · PONTIFICE · MAXIMO · ANGELIS · CVSTODIBVS · VRBIS · SACR · · · · ·
ANNO · M . DCC · LXXX · PRO · CONCORDIA · OMNIVM · ORDINVM · · ·
SENATVS · POPVLVSQVE · FIRMANVS · SANCTAE · VIRGINI · MARIAE · CONSERVATRICI · · · ·
IVSSV · IMP · CAESARIS · · · MARIAE · PACIFERAE · PRO · MERITIS · SACRVM · · · ·
EX · RESPONSO · PONTIFICIS · MAXIMI · SIMEONI · ROXANO · CAELITI · BEATO NOVENSILI · · ·

(1) id. p. 94. n. 1.
(2) id. p. 17. n. 8.
(3) Fabr. p. 697. n. 187.
(4) Grut. p. 4. n. 9.
(5) Reines. Cl. 1. n. 4.
(6) Don. Cl. 1. n. 93.
(7) Grut. p. 37. n. 11.
(8) Maff. M. V. p. 91. n. 7.
(9) Grut. p. 1063. n. 1.
(10) ad inscr. 381.

Atque haec et similia inscriptionum initia iis quoque titulis apta putaverim, qui vel ad templorum aediculas, vel in agrorum sacellis compitisque figendi sint. in ipsis autem altaribus, quae Deo singula dicari diximus, si quando inscriptio incidenda fuerit, his aut similibus tantum initiis utar:

SACRVM · NVMINI · IESV · CHRISTI · SERVATORIS · ·
DEO · PATRI · OPTIMO · MAXIMO · IN · HONOREM · MAGNAE · MATRIS · · ·
SANCTITATI · DIVINI · SPIRITVS · · · ·
DEO · VNI · SANCTO · AETERNO · SACRVM · · ·

In donariis vero pleraque apte usurpentur, in his praesertim, quae a privatis dicata sint:

VOTO · SVSCEPTO · PRO · SALVTE · · ·
EX · VOTO · M · ANTONIVS · · · ·
MARIAE · MONTANAE · RESPICIENTI · EX · TESTAMENTO · C · AEMILII · · ·
MARIAE · REGINAE · CVI · TEMPLVM · IN · EXQVILIIS . EST · · ·
PRO · SALVTE · CLAVDI · FILII · SANCTIS · MARTYRIBVS · ADRVMETINIS · POLLENTIBVS
CONSERVATORIBVS · · ·
CATHARINE · EVSTOCHIO · ROSAE · LIMENSI · VIRGINIBVS · CAELESTIBVS · SACR · OB
SALVTEM · VRSILLAE · FILIAE · · ·

Quae autem donaria publice dedicata, horum inscriptionibus haec conveniant initia;

IMP · CAESAR · · · · VOTO · SVSCEPTO · · ·
ORDO · POPVLVSQVE · CAESENAS · PRO · SALVTE · PII · VI · PONT · MAX · · ·
EX · SENATVS · CONSVLTO · OB · BELLVM · THRACIVM · ·
DECRETO · ORDINIS · CVSTODI · VRBIS · · ·

Iam vero in appositis deligendis quum illud cavendum est, ne quae Deo uni conveniunt, ea sanctis quoque Caelitibus temere tribuamus, tum ratio habenda virtutis, quae in his prima celebratur, et auxilii etiam, quod vel petimus, vel jam nobis allatum esse sentimus. quare praeter ea, quae modo in ipsis inscriptionum initiis expressa sunt, haec et similia, ut ratio poposcerit, usurpabimus:

PATRI · FILIOQVE · ET · SPIRITVI · SANCTO · NVMINI · VNI · AETERNO · OMNIPOTENTI
OMNIPOTENTI · DEO · FILIO · SERVATORI · GENERIS · HVMANI
VIRGINI · MARIAE · SANCTISSIMAE · CAELESTI
MARIAE · MEMORI · ADIVTRICI
MARIAE · OPIFERAE · TEMPESTATIVM · ADVERSARVM · POTENTI

Quia vero aediculas ac templa sanctae Virgini sic non raro dicamus, ut festorum dierum, qui plures variis nominibus in ejus honorem celebrantur, unum aliquem singillatim spectemus; erit fortasse, qui tradi hoc loco a me velit, quibus maxime verbis pro cujusque diei argumento eam appellandam putem: quippe formulas quidam parum Latinas, nec sane hujus stili proprias induxerunt. enimvero, ut morem geram, quae mihi probabiles videantur, has profero, de quibus tamen eruditi cognoscant, velim:

VIRGINI · VICTRICI · SANCTAE · AB · ORIGINE · IMMACVLATAE
MARIAE · NASCENTI
MARIAE · VIRGINI · AD · TEMPLVM · DEDVCTAE
MARIAE · SPONSAE

MAGNAE · VIRGINI · DEI · PARENTI · DESIGNATAE
MARIAE · PVERPERAE · PERLITANTI
MARIAE · PERDOLENTI
MARIAE · SIDERIBVS · RECEPTAE

Cetera jam apposita, ex antiquorum penu desumpta, sint hujusmodi:

MICHAELI · INVICTO · SANCTO · DAEMONVM · POTENTI
SANCTIS · ANGELIS · PRAESIDIBVS · PROVINCIARVM
ANGELIS · CAELESTIBVS · CVSTODIBVS · LIBERORVM · DOMVS · AVGVSTAE
ANGELO · MONITORI · PROPVGNATORI
IOSEPHO · SANCTO · COMITI · CVSTODI · DEI · PVERI
PARENTI · VRBIS · PETRO · PRINCIPI · APOSTOLORVM · CONSERVATORI · PONTIFICIS MAXIMI
SANCTISSIMO · LEONI · PONT · MAX · DEFENSORI · POPVLI · ROMANI
FIRMO · ET · RVSTICO · MARTYRIBVS · SANCTIS · CONSERVATORIBVS · PRAEDIORVM MARCIANORVM
ANTONIO · MAGNO · PATRI · SANCTO · INVICTO · ADIVTORI
VIRGINI · CAECILIAE · MARTYRI · VICTRICI · SANCTAE

Alia hujusmodi tute leges aptabisque: quaedam etiam libro secundo invenies, quae hic iterum proferenda non sunt.

PARS II.

§. I.

INITIA MONVMENTORVM AD SACRA PERTINENTIVM

Praeter exempla, quae libro primo attulimus, perpauca inveniuntur alia, quorum initia hoc loco describi possint; itaque locum hic utrisque damus: sunt autem hujusmodi:

HAEC · AREA · INTRA · HANC · DEFINITIONEM · CIPPORVM · CLAVSA VERVBVS · ET · AREA · QVAE · EST · INFERIVS · DEDICATA · EST · EX VOTO · SVSCEPTO · · · · (1)

L · AELIO · CAESARE · II · P · COELIO · BALBINO · VIBVLLIO · PIO · COS · VII · IDVS · OCTOBRES · CN · DOMITIVS · VALENS · II · VIR · IVRI · DICVNDO PRAEEVNTE · C · IVLIO · SEVERO · PONTIFICE · LEGEM · DIXIT · IN EA · VERBA · QVAE · INFRA · SCRIPTA · SVNT · · · · (2)

T · STATILIO · TAVRO · L · CASSIO · LONGINO · COS · X · K · OCTOBR · NVMINI · AVGVSTI · VOTVM · SVSCEPTVM · A · PLEBE · NARBONENSIVM IN · PERPETVOM · QVOD · BONVM · FAVSTVM · · · (3)

DEO · AETERNO · PRO · RESTITVTA · VALITVDINE · EX · VOTO · AEDICVLAM T · ANTONIVS · FELICIANVS · DAT · ADDICIT · ET · CONIVNCTVM FVNDVM · TRINVM · ET · TRICENVM · IVGERVM · CVM · OLETO · PATET QVOQVO · VERSVS · P · ~~D~~LXXX · EX · ANNVO · VECTIGALI · HERES DIE · NATALI · EIVS · III · KAL · SEPT · PERACTIS · SACRIS · DATO EPVLVM · CAPVLATIS · SACERDOTIB · AVG · · · · · (4)

ARA · POSITA · ADSTANTE · SACERDOTE · SEX · CREVSINA · SECVNDO · VT VOVERANT · MAXIMVS · ET · MAXIMINVS · FILI · · · · (5)

(1) v. inscr. 62. lib. 1. et Fabr. p. 68.4. n. 83.
(2) v. inscr. 63. lib. 1.
(3) v. l. 2. part. 1. c. 1. §. 3. n. 2.
(4) Gud. p. 11. n. 7. Vit. Ant. Ben. Cl. 1. n. 32.
(5) Grut. p. 129. n. 6.

TI · CLAVDIVS · TI · F · NERO · PONTIFEX · COS · ITERVM · IMP · ITERVM LVDOS · VOTIVOS · PRO · REDITV · IMP · CAESARIS · · · · (1)
ANNO · POST · ROMAM · CONDITAM · DCCCXLI · IMP · CAESARE · · · (2)
AVGVSTORVM · ANNALIA · · · (3)
LARIBVS · PRO · SALVTE · ET · INCOLVMITATE · DOMVS · Q · SERTORI COMPITALIBVS · LVDOS · ET · EPVLVM · VICINEIS · IVNIA DONACE · · · (4)

Kalendariorum veterum nulla exstant initia; nisi quod in Gruteriano primo (5) ex aliquot verborum vestigiis apparet, ab historica inscriptione exordium illi fuisse: legimus enim EXPOLIENDVM · ET · PINGENDVM, post quae scriptum videtur CVRAVIT.

§. II.

APPOSITA MONVMENTORVM AD SACRA PERTINENTIVM

Quae olim apposita in monumentis sacrorum usurpata sunt, ea veteres nominibus addidere vel Deorum vel Principum vel urbium, sic tamen, ut singulis vix unquam alia, quam propria et sollemnia tribuerent; hoc modo,

DEO · AETERNO (6)
IOVI · OPTIMO · MAXIMO (7)
MAGNAE · DEVM · MATRI · IDAEAE (8)
MATER · MAGNA (9)
CERERI · MATRI · ET · OPI · AVGVSTAE (10)
FLORAE · QVAE · REBVS · FLORESCENDIS · PRAEEST (11)
IMP · CAESARI · DIVI · F · AVGVSTO · P · P · PONTIFICI · MAXIMO · TRIB · POTEST · XXXIIII · CONIVGI · LIBERIS · GENTIQVE · EIVS (12)
IMP · CAESARE · DIVI · VESPASIANI · F · DOMITIANO · AVG · GERMANICO MAGISTRO · XV · VIRO (13)
COLONIS · INCOLISQVE · COLONIAE · IVLIAE · PATERNAE · NARBONIS MARTII (14)
COLONIS · INCOLIS · COLONIAE · MARTIAE · IVLIAE · SALONAE (15)

Itaque ea apposita monumentis sacrorum idonea sunt, quae *perpetua* vocari solent: cetera, quae quis ornamenti caussa superaddat, minus apta; quod in his simplici fere oratione et expedita res quaeque exponitur.

§. III.

VSVS EXEMPLORVM ET IMITATIO

Res sane haud difficilis, quae veteres initia in suis illis sacrorum monumentis usurparunt, eadem parce detorta in usum nostrum transferre. nam si, exempli caussa, de loco ad peregrinos sepeliendos dato sermo fuerit, eo initio uti possis:

(1) v. inscr. 64. l. 1.
(2) v. inscr. 65.
(3) v. inscr. 66. etc.
(4) Grut. p. 106. n. 13.
(5) p. 133.
(6) Vit. Ant. Ben. Cl. 1. n. 32.
(7) Grut. p. 11. n. 1.
(8) Kal. Praenest. Verr.
(9) ibid.
(10) Murat. p. 150. n. 1.
(11) Kal. Praenest. Verr.
(12) Grut. p. 229.
(13) inscr. 65. l. 1.
(14) Grut. p. 239.
(15) inscr. 63. l. 1.

HAEC · AREA · INTRA · HANC · DEFINITIONEM · CIPPORVM · PIIS · MANIBVS · PEREGRINORVM DEDICATA · EST · ET · HAC · LEGE · LOCVS · SEPVLTVRAE · ADSIGNATVS · NE LICEAT · INTRA · HOS · TERMINOS · CIVEM · AVT · INCOLAM · HVMARE · NEVE ARBOREM · SERERE · · ·

Aedicularum vero atque altarium leges, quibus ea dicata fuerint, hoc pacto exponi possint:

ANNO · MDCCLXXVIIIⅠ · PIO · VI · PONTIFICE · MAXIMO · MARCVS · ET · LVCIVS · FRATRES REDONII · MARIAE · REDVCI · DEDICARVNT · LEGEMQVE · DIXERVNT · IN · EA · VERBA QVAE · INFRA · SCRIPTA · SVNT · MARIA · VIRGO · QVANDOQVE · OPE · TVA · EX MILITIA · DOMVM · SOSPITES · REDVCTI · ·

CAIO · BRADVA · QVINCTO · STATIO · II · VIRIS · NON · AVG · MARIAE · ADIVTRICI VOTVM · SVSCEPTVM · AB · ORDINE · POPVLOQVE · ATINATE · PESTILITATIS AVERRVNCANDAE · CAVSSA · QVOD · FELIX · FAVSTVMQVE · SIT · CIVIBVS INCOLISQVE · MVNICIPII · ATINATIS · QVI · SE · MEMORIAE · EIVS · IN · PERPETVVM COLENDAE · OBLIGAVERVNT · ORDO · POPVLVSQVE · ATINAS · ALTARE · MARMOREVM IN · TEMPLO · MAXIMO · POSVIT · AD · QVOD · NON · AVG · QVOTANNIS · · ·

Supplicationum etiam et jciuniorum publicorum dies eodem modo consignari possunt:

ANNO · MDCCLXXVIIIⅠ · EX · DECRETO · PONTIFICIS · AD · OMNIA · TEMPLA · SVPPLICATIO FVIT · QVOD · DEVS · OPTIMVS · MAXIMVS · BELLI · IMPETV · PROPVLSATO REMPVBLICAM · TRISTISSIMO · PERICVLO · LIBERASSET · QVODQVE · · ·

ANNO · MDCCIⅠ · KAL · FEBR · QVOD · TERRA · DIES · DECEM · MOVISSET · IEIVNIVM MARIAE · PVERPERAE · PERLITANTI · IN · VRBE · INSTITVTVM · QVOD · POSTERI IVSSV · PONTIFICIS · MAXIMI · QVOTANNIS · · ·

Kalendariorum autem initium ducas a nomine eorum, qui dedicarint, historicarum inscriptionum more: et, si Kalendarium ad aedem sacram sodalium pertinere debuerit, hoc etiam initio uti poteris:

IN · HONOREM · SANCTORVM · CAELITVM · MAGISTRI · ANNI · MDCCLXXVIIIⅠ KALENDARIVM · CVM · OMNI · ORNAMENTO · SODALIBVS · ANTONIANIS · DEDERVNT :

post quae sacra omnia, ut jam monuimus, et quidquid scitu maxime dignum, duodecim lateculis describes.

Apposita demum, quae Kalendariis, quae ceteris monumentis conveniant, non diu tibi quaerenda erunt. partim enim ex iis esse debent, quae in sacris inscriptionibus usurpantur, quae modo, neque numero pauca, digessimus; partim ex iis, quae in honorariis titulis aut in historicis adhibentur, quae paullo infra facile invenies. id unum tenendum est, parce his uti oportere, et illis tantum, quae perpetua videri possint.

Haec sunt, quae tironi ad sacros titulos pangendos suggerenda putavimus, ne in ipso scriptionis exordio haereret; eodemque modo ad singula inscriptionum genera de initiis et appositis agetur. non id quidem tironi leve adjumentum; quippe *Dimidium facti, qui coepit, habet* (1): sed tamen quo expeditius progredi possit, amplam etiam formularum supellectilem et rebus ceteris designandis aptam, multis deinde partitionibus usi, exponemus.

(1) Hor. l. 1. ep. 2. v. 40.

CAPVT II.

Initia et apposita inscriptionum honorariarum

PARS I.

§. 1.

INITIA INSCRIPTIONVM HONORARIARVM, QVAE CLARIS VIRIS POSITAE

Inscriptionum hujus generis exordium duxere veteres vel ab iis, quibus monumenti honor deferebatur, vel ab iis, qui deferebant. quare initia earum non alia fere, quam haec, usquam reperias:

IMP · CAESARI · DIVI · F · AVGVSTO · PONTIFICI · MAXIMO · · · · (1)
C · CAESARI · AVGVSTI · F · PONTIFICI · COS · DESIGNATO · PRINCIPI IVVENTVTIS · · · · (2)
IMP · CAESARI · DIVI · NERVAE . FILIO · NERVAE · TRAIANO · AVG · GERMANICO · DACICO · PONT · MAX · TRIB · POT · VIIII · IMP · IIII · COS · V · · · (3)
IMP · CAESARI · DIVI · TRAIANI · PARTHICI · FIL · DIVI · NERVAE · NEP · TRAIANO · HADRIANO · AVG · PONT · MAX · TRIB · POT · VIII · IMP · II · COS · III · P · P · OPTIMO · MAXIMOQ · PRINCIPI · · · · (4)
IMP · CAESARI · DIVI · M · ANTONINI · PII · GERMAN · SARMAT · FILIO DIVI · PII · NEPOT · DIVI · HADRIAN · PRONEP · DIVI · TRAIANI · PARTHICI ABNEP · DIVI · NERVAE · ADNEPOTI · M · AVRELIO · COMMODO ANTONIN · PIO · FELICI · AVG · SARMAT · GERM · MAXIMO · BRITANN · PONT · MAX · TRIB · POTEST · XIIII · IMP · VIII · COS · V · P · P · FORTISSIMO · PRINCIPI · · · · (5)
A · QVINCTILIO · A · F · PAL · PRISCO · IIII · VIR · AED · POTEST · IIII · VIR · IVR · DIC · IIII · VIR · QVINQ · ADLECTO · EX · S · C · PONTIF · PRAEF · FABR · · · (6)
L · HELVIO · L · F · VOLT · FRVGI · CVRATORI · NAVTARVM · BIS · II · VIR · VIENNENSIVM · PATRONO · RHODANICORVM · ET · ARARICORVM · · · · (7)
HONORI · M · GAVI · M · F · POB · SQVILLIANI · EQ · PVB · IIII · VIR · I · D · · · · · (8)
SENATVS · POPVLVSQVE · ROMANVS · IMP · CAESARI · DIVI · IVLI · F · · · · · (9)
SODALES · A · NOVIO · · · · · (10)
COLLEGIA · FABR · ET · CENT · L · CORNELIO · · · · (11)
DECReto · IIIII · VIRVM · AVGVSTALIVM · P · OLITIO · · · · (12)
DECReto · AVGVSTALIVM · OPITERGINORVM · T · ENNIO · PLANCO · · · (13)
PLEBS · VRBANA · QVINQVE · ET · TRIGINTA · TRIBVVM · DRVSO CAESARI · · (14)
VASIENSES · VOCONTII · C · SAPPIO · C · F · VOLT · FLAVO · · · (15)
IMPP · SEVERO · ET · ANTONINO · AVGG · BRITTANICIS · P · P · ET · IVLIAE AVG · MATRI · AVGG · ET · CASTROR · · · (16)

(1) Grut. p. 226. n. 4.
(2) id. p. 234. n. 4.
(3) id. p. 247. n. 1.
(4) id. p. 249. n. 5.
(5) id. p. 262. n. 5.
(6) id. p. 461. n. 1.
(7) id. p. 418. n. 3.
(8) v. inscr. 84. l. 1.
(9) Grut. p. 226. n. 5.
(10) id. p. 442. n. 6.
(11) id. p. 397. n. 1.
(12) id. p. 445. n. 6.
(13) Murat. p. 1065. n. 6.
(14) Fabr. p. 395. n. 276.
(15) id. p. 644. n. 378.
(16) Maff. M. V. p. 309. n. 1.

IMP · CAES · M · AVRELIO · ANTONINO · AVG · P · P · ET · IMP · CAES · L · AVRELIO · VERO · ARMENIACO · AVG · · · (1)

Mitto alia exempla; vix enim ab his quidquam differre solent: excipe inscriptiones nonnullas, quae eruditae aetatis non sunt, ut illa apud Donium, cujus hoc est exordium:

CIVI · OPTIMO · ET · ERGA · PATRIAM · CIVESQVE · OBSEQVENTISSIMO T · FABIO · SEVERO · PATRONO · COLONIAE · · · · (2)

et apud Fabrettum altera hoc initio:

SINGVLARIS · INTEGRITATIS · ET · BONITATIS · EXIMIAE · M · AVR · CONSIO QVARTO · IVNIORI · C · V · CORRECTORI · FLAMINIAE · ET · PICENI · · · (3)

§. II.

APPOSITA INSCRIPTIONVM HONORARIARVM, QVAE CLARIS VIRIS POSITAE

Omissis magistratuum, munerum, curationum titulis, de quibus alio loco agendum est, apposita hic promenda sunt, quae laudis caussa clarorum virorum nominibus subjecta inveniuntur, ac ea primum, quibus Romani Principes ornati fuerunt, deinde cetera, quae maxime magistratibus veteres tribuerunt; sunt autem hujusmodi:

DIVI · F · AVG · (4)
DRVSI · F · CAES · AVG · GERM · (5)
AVG · GERM · DACICO (6)
OPTIMO · AVG · GERMANICO · DACICO (7)
AVG · PIO · P · P · (8)
PIO · FEL · AVG · SARM · GERM · MAX · BRIT · MAX · NOBILISSIMO PRINCIPI (9)
PIO · PERTINACI · AVG · ARABICO · ADIABENICO · PARTH · MAX · FORTISSIMO FELICISSIMO (10)
OPTIMO · AC · PIISSIMO (11)
OPTIMO · PRINCIPI (12)
FORTISSIMO · PRINCIPI (13)
INDVLGENTISSIMO · PRINCIPI (14)
PROVIDENTISSIMO · PRINCIPI (15)
OPTIMO · FORTISSIMOQ · PRINCIPI (16)
OPTIMO · MAXIMOQ · PRINCIPI (17)
OPTIMO · MAXIMOQ · PRINCIPI · ET · CVM · SVMMA · BENIGNITATE IVSTISSIMO (18)
DOMINO · INDVLGENTISSIMO (19)
PARENTI · PATRIAE (20)
PARENTI · OPTIME · MERITO (21)
PATRI · EXERCITVVM (22)
CONSERVATORI · ORBIS · TERRARVM (23)
PROPAGATORI · ORBIS · TERRARVM · LOCVPLETATORI · CIVIVM (24)

(1) Maff. M. V. p. 467. n. 2.
(2) Don. Cl. 2. n. 175.
(3) Fabr. p. 720. n. 419.
(4) Grut. p. 226. 1. etc.
(5) id. p. 237. n. 8.
(6) id. p. 246. n. 9.
(7) id. p. 247. n. 5.
(8) id. p. 256. n. 8.
(9) Maff. M. V. p. 101. n. 2.
(10) Grut. p. 265. n. 2.
(11) id. p. 258. n. 8.
(12) id. p. 246. n. 9.
(13) id. p. 247. n. 5.
(14) id. p. 248. n. 8.
(15) id. p. 247. n. 6.
(16) Reines. Cl. 3. n. 38.
(17) Grut. p. 249. n. 2.
(18) Reines. Cl. 3. n. 25.
(19) Grut. p. 264. 4.
(20) Svet. in Iul. c. 85.
(21) Cic. Fam. l. 12. ep. 3.
(22) Svet. in Cajo c. 22.
(23) Don. Cl. 2. n. 13.
(24) Fabr. p. 447. n. 57.

PACATORI · ORBIS · ET · PROPAGATORI · IMPERII · ROMANI (1)
CONSERVATORI · AEDIVM · SACRARVM (2)
CONSERVATORI · CERIMONIARVM · PVBLICARVM · ET · RESTITVTORI AEDIVM · SACRARVM (3)
CONSTITVTORI · SACRI · CERTAMINIS · ISELASTICI (4)
PARENTIBVS · SVIS (Hadriano et Sabinae Antoninus Pius) (5)
OPTIMIS · FORTISSIMISQVE · PRINCIPIBVS (6)
AVGG · BRITTANICIS · P · P · (7)
LOCVPLETATORIBVS · MVNICIPII (8)

Adde his, si libet, quae libro primo e veterum nummis deprompsimus: nulla enim caussa est, cur eadem in marmore inscribi non possint. porro nonnulla etiam sunt, quae Imperatorum filiis tantum aut consanguineis adfinibusque adscripta, eaque id genus:

PRINCIPI · IVVENTVTIS (9)
NOBILISSIMO · CAESARI · PRINCIPI · IVVENTVTIS (10)
PARENTI · PRINCIPVM · POPVLI · ROMANI · TVTORI · REIPVBLICAE (11)
V · C · PONTIFICI · NOBILISSIMO · PRAEFECTO · PRAETORII · NECESSARIO AVGG · ET · COMITI · PER · OMNES · EXPEDITIONES · EORVM (12)

Quae sequuntur, magistratibus privatisque viris tributa, vel ad eorum nobilitatem prodendam vel ad virtutes designandas:

ADLECTO · INTER · PATRICIOS · AB · IMP · CAES · TRAIANO · HADRIANO AVG · (13)
EQVITI · ROMANO (14)
EQVO · PVBLICO · ORNATO (15)
HONORATO · SPLENDIDISSIMIS · CIVITATIBVS · ITALIAE · ORNAMENTIS DECVRIONALIBVS · ORNATO (16)
DECVRIONI · ORNAMENTARIO (17)
SEX · SEXTIO · ONESIGENI · ORNAMENTIS · DECVRIONALIBVS (18)
EQVO · PVBLICO · DECVRIONI (19)
DECVRIONI · MEDIOLANI · ET · NOVARIAE (20)
DECVRIONI · CIVITATIS · AVDERIENSIVM (21)
DECVRIONI · DVARVM · COLONIARVM · AVZIENSIS · ET · RVSCVNIENSIS (22)
ADLECTO · IN · ORDINEM · DECVRIONVM · PVTEOLANORVM (23)
PATRI · CONSVLVM (24)
PATRI · SENATORIS · EQVO · PVBLICO · EXORNATO (25)
PATRI · EQVITVM · ROMANORVM (26)
PATRI · DVORVM · EQVO · PVBLICO (27)
PATRI · L · EGNATI · POLLIONIS · RVFI · HONORATI · EQVO · PVBLICO AB · IMPERATORIBVS · ANTONINO · ET · VERO · AVG · (28)
HOSPITI · DIVI · HADRIANI · PATRIS · SENATORIS (29)
PATRI · COLLEGII (30)
PATRONO · VI · VIR · AVG · ET · COLLEG · FABR · CENTONAR · NAVICVLAR · (31)
PATRONO · MVNICIPI (32)
PATRONO · ORDINIS · ET · COLONIAE (33)
PATRONO · MVNICIPI · ET · PLEBIS (34)

(1) Grut. p. 266. n. 3.
(2) id. p. 243. n. 7.
(3) Don. Cl. 3. n. 56.
(4) Grut. p. 254. n. 4.
(5) id. p. 252. n. 7.
(6) id. p. 265. n. 1.
(7) Maff. M. V. p. 309. n. 1.
(8) Mus. Vatic.
(9) Grut. p. 234. n. 4.
(10) Don. Cl. 3. n. 30.
(11) Grut. p. 439. n. 3.
(12) v. inscr. 118. l. 1.
(13) Grut. p. 393. n. 6.
(14) id. p. 375. n. 3. etc.
(15) id. p. 347. n. 6.
(16) id. p. 1024. n. 5.
(17) Maff. Ant. Gall. p. 66.
(18) Grut. p. 469. n. 4.
(19) id. p. 468. n. 4.
(20) id. p. 393. n. 8.
(21) id. p. 469. n. 5.
(22) Maff. M. V. p. 463. n. 1.
(23) Murat. p. 159. n. 4.
(24) Grut. p. 450. n. 2.
(25) Murat. p. 719. n. 3.
(26) Fabr. p. 659. n. 497.
(27) Grut. p. 411. n. 3.
(28) id. p. 404. n. 2.
(29) Don. Cl. 6. n. 19.
(30) Murat. p. 522. n. 1.
(31) Don. Cl. 5. n. 17.
(32) id. Cl. 5. n. 86.
(33) Grut. p. 365. n. 2.
(34) id. p. 392. n. 1.

PATRONO · COLONIARVM · PISAVR · ET · FANEST · (1)
PATRONO · OPTIMO (2)
PATRONO · INCOMPARABILI (3)
PATRONO · DIGNISSIMO (4)
PATRONO · PRAESTANTISSIMO (5)
PATRONO · MVNIFICENTISSIMO (6)
PATRONO · MERENTI (7)
PATRONI · COLONIAE · FILIO (8)
PRAESIDI · OPTIMO (9)
PRAESIDI · ABSTINENTISSIMO (10)
PRAESIDI · OPTIMO · ET · RARISSIMO (11)
CVRATORI · MAXIMI · EXEMPLI (12)
CONSTITVTORI · COLLEGII · NVMINIS · DOMINORVM (13)
CONDITORI · MOENIVM · PVBLICORVM · VINDICI · OMNIVM PECCATORVM (14)
CONFECTORI · BELLI · GERMANICI (15)
ADSERTORI · VNICO · DIGNITATIS · PATRICIORVM (16)
PRINCIPI · GENTIVM · BAQVATIVM (17)
CIVI · ET · PATRONO (18)
OPTIMO · CIVI · AC · PATRONO · BENE · MERENTI (19)
ORATORI · PRONEPOTI · ET · SECTATORI · M · POSTVMI · FESTI ORAT· (20)
COMITI · C · CALVISII · SABINI (21)
VIRO · CLARISSIMO (22)
VIRO · INLVSTRI (23)
VIRO · PERFECTISSIMO (24)
VIRO · EGREGIO (25)
OPTIMO · ET · RARISSIMAE · FIDEI · AMICO (26)
DOMINO · OPTIMO (27)
PVERO · EGREGIO · AB · ORIGINE · PATRONO · ORDINIS · ET · POPVLI (28)
OPTIMO · ET · DIGNISSIMO (29)
OPTIME · DE · REPVBLICA · MERITO (30)
AMICO · OPTIMO · ET · PRAESIDIO · SVO (31)
AMANTISSIMO · PATRIAE (32)

§· III·

VSVS EXEMPLORVM ET IMITATIO

In honorariis inscriptionibus, quatenus nomina efferenda fuerint, initia a veteribus usurpata nemo non facile exprimat: res enim plana et expedita:

D · N · PIO · VI · PONTIFICI · MAXIMO · · ·
IMP · CAESARI · FRANCISCI · I · FIL · CAROLI · VI · NEP · IOSEPHO · II · P · F · AVG · · ·
REGI · LVDOVICO · XVI · CHRISTIANISSIMO · AVG · · (33)

(1) Grut. p. 433. n. 1.
(2) Murat. p. 206. n. 2.
(3) Grut. p. 446. n. 3.
(4) id. p. 457. n. 8.
(5) id. p. 459. n. 7.
(6) Maff. M. V. p. 354. n. 5.
(7) Grut. p. 483. n. 2.
(8) Don. Cl. 5. n. 18.
(9) Grut. p. 442. n. 3.
(10) id. p. 1091. n. 5.
(11) id. p. 441. n. 10.
(12) id. p. 457. n. 6.
(13) Maff. M. V. p. 96. n. 5.
(14) Grut. p. 407. n. 7.
(15) id. p. 359. n. 5.
(16) Svet. in Tib. c. 2. n. 9.
(17) Fabr. p. 379. n. XXXII.
(18) Don. Cl. 5. n. 63.
(19) Grut. p. 433. n. 6.
(20) id p. 459. n. 7.
(21) Maff. M. V. p. 351. n. 3.
(22) Grut. p 371. n. 1. etc.
(23) id. p. 486. n. 3. etc.
(24) Don. Cl. 8. n. 64.
(25) Grut. p. 450. n. 1. etc.
(26) id. p. 471. n. 2.
(27) Maff. M. V. p. 113. n. 1.
(28) Murat. p. 334. n. 1.
(29) Grut. p. 445. n. 9.
(30) id. p. 457. n. 6.
(31) Don. Cl. 6. n. 17.
(32) Grut. p. 1091. n. 12.
(33) superlat. *Christianiss.* usus est Hieronym. ad Pammach. epist. 101. c. ult.

FLAVIO · CORNELIO · FAVSTI · F · GALBANO · DECVRIONI · CAPVAE · · ·
HONORI · MARCI · TERENTI · BALBI · VIRI · CLARISSIMI · · ·
SENATVS · POPVLVSQ · FIRMANVS · PAVLLO · AEMILIO · · ·
PLEBS · VRBANA · REGIONVM · XIIII · M · ANTONIO · · ·
TIFERNATES · METAVRENSES · L · QVINCTILIO · · ·
DECRETO · SODALIVM · MARIALIVM · CAIO · FABIO · · ·
CORPVS · FABR · FERRAR · TITO · AVRELIO · · ·

sed in magistratibus cujusque ac muneribus indicandis plus aliquid negotii esse solet: de quorum appellationibus alio infra capite inquiremus. apposita porro, quae, nisi perpetua sint, extremis fere versibus, aut certe post munerum enumerationem scribebantur, vel eadem tibi illa, si quadrant, usurpanda, quibus veteres usi sunt; vel nova ita cudenda, ut et antiquis similia fiant, et novis plane argumentis conveniant. ac pleraque ex antiquis jure retinebimus, quum nihil fere designent, quod novum hac aetate inauditumve sit: tum alia condi et claris viris adscribi possunt hujusmodi:

TVTORI · CASTISSIMO · VETERIS · RELIGIONIS
ADSERTORI · SACRAE · LIBERTATIS
CONDITORI · AEDIVM · SACRARVM
ALTORI · EGENORVM
VINDICI · LEGVM
CONSTITVTORI · CIVITATIS
RESTITVTORI · SACRARVM · DISCIPLINARVM
SOSPITATORI · ARTIVM · BONARVM
CVSTODI · SECVRITATIS · VRBANAE
RESTITVTORI · DISCIPLINAE · MILITARIS
DEFENSORI · IVRIS · ET · LIBERTATIS
DEPVLSORI · DOMINATVS
PROPVGNATORI · PVBLICAE · DIGNITATIS
CONSERVATORI · PROVINCIAE
SENATORI · PARTIVM · OPTIMARVM
AVCTORI · CONSILIORVM · OPTIMORVM
SECTATORI · MAIORVM · SVORVM
ANTISTITI · LITTERATORVM
AVCTORI · STVDIORVM · OPTIMORVM
RESTITVTORI · POLITIORIS · HVMANITATIS
VIRO · DIVINI · ET · HVMANI · IVRIS · SCIENTI
VIRO · EMINENTISSIMO

enimvero tuum erit hinc legere, quae virtuti cujusque et recte factis respondeant: tum alia etiam ad veterum normam effingere, si nihil hic inveneris, quod tibi tollendum videatur. nec tamen quae apposita in usu sunt, ea rejicias, velim, aut negligas, quandocumque usurpari latine possint. itaque post sodalis Dominiciani aut Augustiniani nomen adscribas licet, PATRI · REVERENDO: PATRES quippe olim dicti vel ipsi Iurisconsulti (1). item post Presbyteri nomen addito, VIRO · REVERENDO · SACERDOTI · ANNO · XX · eo scilicet more, quo alii VIRI · CLARISSIMI nominati sunt· et post Episcopi nomen, PATRI INLVSTRISSIMO · REVERENDISSIMO, quo nempe titulo Episcopos, Latina lingua etiamtum vi-

(1) Horat. l. 2. sat. 1. v. 12.

gente, appellatos reperies (1). cetera demum ipse trutina suspendes pensabisque, ut tecum statuas, quid retinendum, quidve rejiciendum sit.

PARS II.

§. I.

INITIA INSCRIPTIONVM HONORARIARVM, QVAE PRIMARIIS FEMINIS POSITAE

Haec nimirum antiquis in exemplis occurrunt, ad quae cetera referri omnia possint:

ANTONIAE · AVGVSTAE · MATRI · TI · CLAVDI · CAESARIS · AVGVSTI GERMANICI · PONTIF · MAX· · · · (2)
DOMITIAE · CN · F · DOMITIANI · CAESARIS · · · (3)
IVLIAE · AVGVSTAE · MATRI · CAESARIS · ET · CASTRORVM (4)
FVRIAE · SABINAE · TRANQVILLINAE · SANCTISSIMAE · AVGVSTAE · CONIVGI DOMINI · N · IMP · CAESARIS · M · ANTONI · GORDIANI · PII · FELICIS INVICTI · AVG· · · · (5)
PIETATI · HOSTILIAE · HOSTILIANAE · · · (6)
HONORI · POSTVMIAE · P · F · PAVLLAE · IVVENTII · SECVNDI · COS· · · (7)
CAMVRENAE · C · FIL · CELERINAE · FLAMINICAE · FERONIAE · · · (8)
FVFICIAE · Q · F · TERPNAE · Q · FVFICI · PRISCI · II · VIRI · AVGVRIS VXORI · · · (9)
LIVIA · CLITE · LIVIAE · AMMIAE · SACERDOTI · M · D · M · I· (10)
L · COELIO · VALERIO · VI · VIR · MEDIOLAN · ET · CALPVRNIAE · L · F · OPTATILLAE · VXORI · EIVS · · · (11)

§. II.

APPOSITA INSCRIPTIONVM HONORARIARVM, QVAE PRIMARIIS FEMINIS POSITAE

Nonnulla ex iis, quae Augustarum propria habebantur, libro primo e veterum nummis descripta invenies. haec in lapidibus quoque legimus:

MATRI · TI · CLAVDI · CAISARIS · AVG · P · P· (12)
MATRI · AVG · N · ET · CASTROR · ET · SENATVS (13)
SANCTISSIMAE · AVG · MATRI · CASTRORVM · SENATVS · AC · PATRIAE (14)
SORORI · IMP · CAESARIS · TRAIANI · HADRIANI · AVG· (15)
DIVAE · SABINAE · AVG · SORORI · IMP · ANTONINI · AVG · PII · P · P · MATERTERAE (16)

et privatis item feminis saepe a genere et consanguinitate petita laus;

FILIAE · L · PETRONI · SABINI (17)
L · IVLI · IVLIANI · FILiae · PATRONI · MVNICIPI · CVIVS · PATER · THERMAS OCRICVLANIS · A · SOLO · EXTRVCTAS · SVA · PECVNIA · DONAVIT (18)

(1) lib. 1. C. t. 55. l. 8.
(2) Maff. M. V. p. 350. n. 6.
(3) id. ibid. n. 9.
(4) id. p. 458. n. 5.
(5) Grut. p. 1085. n. 11.
(6) id. p. 419. n. 7.
(7) id. p. 459. n. 2.
(8) Don. Cl. 4. n. 26.
(9) Fabr. p. 460. n. 87.
(10) Spon. Misc. p. 151.
(11) Grut. p. 393. n. 8.
(12) id. p. 236. n. 9.
(13) id. p. 264. n. 5.
(14) Maff. M. V. p. 312. n. 4.
(15) Grut. p. 252. n. 4.
(16) id. ibid. n. 9.
(17) id. p. 451. n. 3.
(18) id. p. 422. n. 9.

CL · ACILI · FIL · M · ACILI · FAVSTINI · COS · NEPTI · ACILI · GLABRIONIS BIS · COS · II · VIR · QQ · PRONEPTI (1)

eruditae tamen aetatis non sunt, quae subjiciam:

AMNIOS · PINCIOS · ANICIOSQVE · DECORANTI · CONSVLIS · VXORI CONSVLIS · FILIAE · CONSVLVM · MATRI (2)
FIDEI · NOBILITATIS · ANTIQVAE · ORNAMENTO · ANICIANAE · FAMILIAE SERVANDAE · ET · DOCENDAE · CASTITATIS · EXEMPLO · CONSVLVM PROLI · CONSVLVM · MATRI (3)

reliqua vero privatarum feminarum apposita sunt hujusmodi:

CLARISSIMAE · FEMINAE (4)
DVLCISSIMAE · HONORIFICENTISSIMAEQVE · FEMINAE (5)
HONESTAE · MATRONAE (6)
PATRONAE · COLONIAE (7)
PATRONAE · MVNICIPI · PITINATIVM · PISAVRENSIVM (8)
MATRI · COLONIAE (9)
MATRI · NVMERI · NOSTRI · (idest collegii Fabrûm Sentinatium) (10)
VIRGINI · VESTALI · MAXIMAE · SANCTISSIMAE · ET · PIISSIMAE (11)
MATERTERAE · SANCTISSIMAE · ET · FELICISSIMAE · SACERDOTI · DIVI TITI · FLAVI · AVG· (12)

§· III·

VSVS EXEMPLORVM ET IMITATIO

Initia quidem veterum inscriptionum omnia, ut vides, retineri possunt. quaedam etiam a parte prima hujus capitis liceat mutuari; quidni enim et hisce initiis non utamur?

EX · DECRETO · ORDINIS · ET · POSTVLATIONE · POPVLI · HONORI · METELLAE MARCI · FILIAE · TERENTIANAE · C · F · · · ·
ORDO · POPVLVSQ · TVSCVLANVS · MARCIAE · AMERINAE · HONESTAE · MATRONAE · · ·
COLLEGIA · FRVMENTARIORVM · ET · VINARIORVM · IVLIAE · PAVLLI · F · ORESTILLAE FABIANAE · · ·

appositorum autem is erit delectus, quem res quaeque requirat. quae feminae e domo regnatrice fuerint, adscribenda his affinitas vel consanguinitas cum Principe:

MATRI · D · N · IMP · CAESARIS · · ·
SORORI · AVGVSTI
CONIVGI · REGIS · FERDINANDI · PII · FELICIS · AVG ·
IMPERATRICI · AVGVSTAE · CAROLI · AVG · F · IOSEPHI · AVG · MATRI

tum ad ceterarum feminarum nobilitatem prodendam apta haec fuerint:

AEMILIANI · CARDINALIS · MATERTERAE
MARCI · DVCTORIS · EXERCITVVM · AVG · FILIAE
FLAVI · ORATORIS · REGII · NEPTI
CLEMENTIS · XI · PONT · MAX · FRATRIS · PRONEPTI

(1) Grut. p. 344. n. 1.
(2) id. p. 352. n. 5.
(3) id. ibid. n. 6.
(4) id. p. 344. n. 4. etc.
(5) Don. Cl. 5. n. 33.
(6) Grut. p. 1087. n. 9.
(7) id. p. 322. n. 2.
(8) id. ibid. n. 8.
(9) id. p. 1088. n. 15.
(10) Gor. Inscr. t. 2. p. 208.
(11) Grut. p. 311. n. 1.
(12) Don. Cl. 4. n. 15.

ad beneficiorum denique ac virtutum commendationem haec pertinent, partim antiqua, partim nova:

MATRI · PATRIAE
MATRONAE · COLLEGII
MATRONAE · CLARISSIMAE · MATRI · MVNICIPII
MATRONAE · FRVGI · MVNIFICAE
MATRONAE · INCOMPARABILI
CONSERVATRICI · GENERIS · ANICIORVM
MAGISTRAE · MORVM · OPTIMORVM
FAVTRICI · ARTIVM · ET · LITTERARVM
ALTRICI · EGENORVM
CONDITRICI · DOMVS · SALESIANAE
PIISSIMAE · FELICISSIMAE

haec hisque similia in singulis inscriptionibus singula, aut certe non plura, quam bina usurpaveris; praesertim quum extremum his locum tribues. qui multa hujusmodi apposita contexunt, ii fere inscriptionem deformare magis, quam ornare solent.

CAPVT III.

Initia et apposita epitaphiorum

PARS I.

§. 1.

INITIA EPITAPHIORVM VIRIS POSITORVM

Major in epitaphiorum, quam in ceterarum inscriptionum initiis varietas est: quippe epitaphium nemo prope non aliquod aliquando perscripsit. haec autem veterum epitaphiorum initia usui nobis esse potissimum posse mihi videntur, uno alterove dempto interdum verbo, ne quid offendat:

MEMORIAE · ET · SECVRITATI · PERPETVAE · Q · POSTHVMI · BASSI · QVI VIXIT · · · (1)
CINERIBVS · C · VALERI · EVARISTI · FECER · · · · (2)
DIS · MANIBVS · ET · MEMORIAE · AETERNAE · Q · VIREI · · · (3)
DIS · MANIBVS · ET · QVIETI · AETERNAE · M · AVLINI · . · (4)
MEMORIAE · ET · PIETATI · Q · VIBI · CRESCENTIS · · · (5)
MEMORIAE · L · ALFI · L · F · OVF · MARCELLINI · · · (6)
MANIBVS · SEX · SPVRII · SEX · FIL · VOL · SILVINI · · · · (7)
SACRVM · QVIETI · CORPORIS · L · PETILI · · · · (8)
D · M · RELIQVIAE · CORPORIS · M · TARQVINI · CRISPI · · · (9)
OSSA · VENVLEI · AVGG · VERNAE · A · CVBICVLO (10)
OSSA . SITA · SEX · MAGRI · Q · F · ARN · SATVRNINI · · · (11)
D · M · MONIMENTVM · P · CARVILI · ZOTICI · FECIT · CARVILIA · · · (12)
VIVIT · C · RABIRIVS · C · L · HILARVS · · · (13)
V · F · T · SVLPICIVS · ATTICVS · T · SVLPICIO · ASIATICO · FRATRI · · · (14)
FILI · FECERVNT · D · M · P · AEMILII · · (15)
HIC · SITI · SVNT (16)
IN · FRONTE · P · XVIII · C · BASSENIO · · · (17)
EX · VOLVNTATE · M · ACILII · HILARIANI · ANTISTIA · PRIMA · IN PERFECTVM · CONSVMMAVIT · · · · (18)
BENEFICIO · NONIAE · C · L · NOTAE · A · RVTILIVS · A · ET · Ↄ · L · ATHENIO . HIC · SITVS · EST · · · (19)
HAVE · ATIMETE · DIS · MANIBVS · L · CALPVRNIO · ATIMETO · · · (20)
DOMVM · AETERNAM · IVLIA · AGAPE · POSVIT · OBSEQVENTI · MARITO SEX · IVLIO · · · (21)
DIS · MANIBVS · ET · MEMORIAE · SACRVM · A · TERENTIO · · · (22)
T · CALIDIVS · FELIX · VIXIT · ANNIS · XXC · · · (23)
C · ANINIVS · C · F · POM · GALLVS · DOMO · ARRETIO · · · · H · S · E · · · · (24)
TI · CLAVDI · AVG · L · TABVLARI · RATIONIS · PATRIMONI · CAESARVM · · · (25)

(1) Grut. p. 818. n. 9.
(2) Maff. M. V. p. 164. n. 2.
(3) Grut. p. 488. n. 8.
(4) id. p. 525. n. 6.
(5) id. p. 957. n. 11.
(6) id. p. 350. n. 6.
(7) id. p. 470. n. 7.
(8) Don. Cl. 17. n. 19.
(9) Grut. p. 471. n. 7.
(10) Don. Cl. 7. n. 163.
(11) id. Cl. 6. n. 109.
(12) Fabr. p. 289. n. 220.
(13) Grut. p. 625. n. 2.
(14) id. p. 1135. n. 3.
(15) id. p. 348. n. 7.
(16) Fabr. p. 495. n. 189.
(17) Murat. p. 1245. n. 1.
(18) Grut. p. 749. n. 5.
(19) Oderic. p. 224. n. 47.
(20) Grut. p. 766. n. 9.
(21) id. p. 790. n. 5.
(22) Don. Cl. 6. n. 73.
(23) Grut. p. 766. n. 6.
(24) id. p. 520. n. 3.
(25) id. p. 589. n. 8.

M · CORNELIO · M · FIL · M · NEP · PVBL · IVSTO · AGVTIANO · · · (1)
MEMORIAE · PERPETVAE · Q · CAECILIO · Q · L · NICANORI · · · (2)
BOIONIA · ANTVLLIA · MATER · NARCISSO · F · ERGA · SE · PIENTISSIMO QVI · VIXIT · ANNIS · XXVI · · · · (3)
C · PLINIVS · DAMOPHILVS · VIBIA · FLORA · HIC · ADQVIESCVNT · · · (4)
DIIS · PROPITIIS · CLAVDIA · TI · F · QVINTA · · · (5)

§· II·

APPOSITA EPITAPHIORVM VIRIS POSITORVM

Praeter magistratuum munerumque omnis generis appellationes, et quosdam etiam laudis honorisque titulos, qui e capite superiore peti possunt, apposita sunt non pauca epitaphiorum maxime propria, quibus amor et dolor fere proditur, et virtutes defunctorum celebrantur: eaque hujusmodi:

PATRI · SANCTISSIMO (6)
PATRI · SVO · BENE · MERENTI (7)
PATRI · DVLCISSIMO (8)
PATRI · PIENTISSIMO (9)
PATRI · PIISSIMO (10)
PARENTI · OPTIMO (11)
PATRI · RARISSIMO · ET · INCOMPARABILI (12)
PATRI · OPTIMO · ET · PIISSIMO (13)
PATRI · OPTVMO · ET · INDVLGENTISSIMO (14)
OPTIMIS · PARENTIBVS (15)
PARENTIBVS · SANCTISSIMIS (16)
PARENTIBVS · DVLCISSIMIS · ET · INCOMPARABILIBVS (17)
PARENTIBVS · SVIS · B · M · (18)
FELICI · HORRIARIO · PATRI · ET · CLAVDIAE · DANAE · MATRI BENEVOLENTIBVS · SVIS (19)
CONIVGI · KARISSIMO (20)
CONIVGI · AMANTISSIMO (21)
MARITO · PIENTISSIMO (22)
MARITO · OPTIMO (23)
CONIVGI · SANCTISSIMO · OPTIME · DE · SE · MERITO (24)
MARITO · OPTIMO · ET · INDVLGENTISSIMO (25)
MARITO · BENIGNISSIMO · ET · INCOMPARABILI (26)
CONIVGI · BENEMERENTI · ANIMAE · INNOCENTISSIMAE (27)
CONIVGI · SVO · BENEMERENTI (28)
PATRONO · FABRVM · COLONIAE · SETIAE · MARITO · BENIGNISSIMO · ET INCOMPARABILI (29)
MARITO · VIRGINIO · DVLCISSIMO · ET · INCOMPARABILI · BENEQVE MERITO (30)
CONIVGI · KARISSIMO · ET · PIENTISSIMO · ET · DE · SE · PER · OMNIA BENE · MERENTI (31)
VIRO · SANCTISSIMO (32)
VIRO · PIENTISSIMO (33)

(1) Grut. p. 597. n. 2.
(2) Spon. Misc. p. 224.
(3) Grut. p. 597. n. 7.
(4) Maff. M. V. p. 370. n. 7.
(5) inscr. Romae inv. an. 1780.
(6) Grut. p. 619. n. 8.
(7) Fabr. p. 118. n. IV.
(8) id. p. 133. n. 86.
(9) id. p. 135. n. 107.
(10) Grut. p. 720. n. 5.
(11) id. p. 728. n. 7.
(12) Don. Cl. 6. n. 24.
(13) Grut. p. 722. n. 4.
(14) Don. Cl. 11. n. 8.
(15) Grut. p. 725. n. 13.
(16) id. p. 733. n. 12.
(17) id. p. 725. n. 3.
(18) id. p. 1039. n. 2.
(19) Walch. M. Str. p. 17. n. 29.
(20) Grut. p. 750. n. 3.
(21) Don. Cl. 12. n. 12.
(22) id. ibid. n. 7.
(23) Grut. p. 752. n. 1.
(24) id. p. 756. n. 5.
(25) id. p. 779. n. 4.
(26) Fabr. p. 642. n. 361.
(27) Grut. p. 790. n. 6.
(28) id. p. 785. n. 11.
(29) Fabr. p. 642. n. 361.
(30) id. p. 258. n. 86.
(31) id. p. 255. n. 65.
(32) id. p. 259. n. 11.
(33) Reines. Cl. 6. n. 75.

FRATRI · B · M · (1)
FRATRI · KARISSIMO (2)
FRATRI · PIENTISSIMO (3)
FRATRI · INDVLGENTISSIMO (4)
FRATRI · RARISSIMO (5)
FR · OPTVMO · FIDELISS · (6)
FRATRI · OPTIMO · PIISSIMO · ET · GEMINO (7)
AVONCVLO · PIENTISSIMO (8)
GENERO · OPTIMO (9)
SOCERO · BENE · MERENTI (10)
COGNATO · BENEMERITO (11)
COGNATIS · AGATHONI · ET · IVSTO · BENEMERENTIBVS (12)
NVTRICIO · SVO (13)
NVTRITORI · SVO · BENEMERENTI (14)
COLLACTANEO · DVLCISSIMO · ET · INDVLGENTISSIMO · ERGA · SE (15)
COLLACTIO · B · M (16)
CONTVBERNALI · RARISSIMO (17)
SODALI · SVO (18)
DOMINO · OPTIMO (19)
PATRONO · PIENTISSIMO · BENEMERENTI (20)
HOMINI · PROBISSIMO (21)
AMICO · OPTIMO (22)
AMICO · ET · CONTVBERNALI · BENEMERENTI (23)
HOMINI · ET · AMICO · OPTIMO (24)
SERVO · FIDELISSIMO · BENEMERENTI (25)
VICARIO · OPTIMO · FIDELISSIMOQVE (26)

nec jam plura subnectam: neque enim difficile est, alia id genus aut reperire aut effingere (27).

§. III.

VSVS EXEMPLORVM ET IMITATIO

Rejecta veterum dedicatione, qua sepulcra sua Manibus sacra esse indicabant, nostris nos epitaphiis notam priscorum Christianorum praefigemus, qua illi et suam et defunctorum religionem declarare solebant. ejus autem non una figura est atque forma, ut aliam alium ad titulum optare possis: quemadmodum, ubi de inscriptionum notis agemus, prolatis exemplis demonstrabimus. enimvero ipsa epitaphia inchoare sic liceat:

MEMORIAE · ET · QVIETI · VALERI · PROBI · · ·
CINERIBVS · ET · MEMORIAE · AVRELIANI · VOSSI · · · ·
MEMORIAE · ET · VIRTVTI · FLAVIORVM · FRATRVM · KAROLI · ET · MARCI · · · .
DATVM · QVIETI · CORPORIS · OCTAVI · CASSIANI · · ·
RELIQVIAE · CORPORIS · L · ANTONI · PERIANDRI · · · ·
BENEFICIO · SODALIVM · MARIALIVM · FABIVS · MARCI · P · MERVLA · SACERDOS · COLLEGI EORVM · H · S · E · · ·
EX · VOLVNTATE · CONSTANTI · QVINTIANI · CAECILIA · VXOR · · · ·

(1) Reines. Cl. 15. n. 24.
(2) Fabr. p. 128. n. 49.
(3) id. p. 133. n. 85.
(4) id. p. 248. n. 14.
(5) Don. Cl. 6. n. 154.
(6) id. ibid. n. 117.
(7) Grut. p. 590. n. 2.
(8) id. p. 836. n. 12.
(9) id. p. 819. n. 8.
(10) id. p. 803. n. 8.
(11) Maff. M. V. p. 123. n. 4.
(12) id. ibid. 266. n. 5.
(13) Don. Cl. 7. n. 19.
(14) Grut. p. 592. n. 9.
(15) Fabr. p. 460. n. 89.
(16) Grut. p. 661. n. 3.
(17) id. p. 517. n. 9.
(18) id. p. 565. n. 8.
(19) Maff. M. V. p. 113. n. 1.
(20) id. ibid. p. 263. n. 8.
(21) Fabr. p. 407. n. 518.
(22) Oderic. p. 313. n. 1.
(23) Fabr. p. 341. n. 519.
(24) id. p. 435. n. 21.
(25) Grut. p. 563. n. 5.
(26) Oderic. p. 219. n. 57.
(27) v. Goltz. thes. R. Ant. n. XI. et Pancir. thes. var. lect. l. 1. c. 8.

cetera item, quae descripsimus, epitaphiorum initia recte usurpaveris, expunctis *Manibus*, amotisque vocabulis, quae sepulcris aeternitatem temere adstruunt: quod jam libro superiore adnotavimus. apposita vero ejusmodi omnia sunt, ut nemo ea merito repudiare nunc possit. itaque iisdem omnino utemur, quae olim usurpata videamus. tum nova etiam inducere liceat, quibus ignotas olim virtutes certis indiciis designemus; cujusmodi haec esse possint:

CVLTORI · SANCTAE · VIRGINIS
IMMVNI · VITIORVM · HVMANORVM
FRVGI · SANCTO · EXPERTI · MALI · CVPIDINIS
DOMITORI · CVPIDITATVM · SVARVM
SOLATORI · INOPVM
CONTEMPTORI · DIVITIARVM

gradus autem cognationis teneas, oportet, et Latina cujusque nomina, de quibus aliquid libro superiore tradidimus (1): neque enim singula antiquae nobis inscriptiones hactenus suppeditarunt. nec tamen abstinere iis debemus, quorum usum exemplo confirmare non possumus, siquidem ea Latinus scriptor usurparit. permulta sane omni e genere praetermittenda essent, si uni lapidum antiquorum auctoritati standum esset: qui nec omnes adhuc in apricum prolati, nec omnia omnino continere ac referre possunt. cave tamen ea praeferas nomina, quae inscriptiones eruditae aetatis non habent, iis negleetis, quibus res eaedem in antiquis marmoribus constantissime designantur. uxor, exempli caussa, in epitaphiis eum, cui nupserit, *Maritum* aut *Conjugem* aut *Virum* appellat: at in Christianis titulis saepe et *Comparem* nominat (2): qua etiam voce pro Sodali usus est Plautus (3), quamque pro uxore usurpasse Horatius videtur (4). qui tamen hac uti malit, quam iis, quae veterum usu probatas marmora ostendunt, cum ego iis adnumerem, qui gemmam prae vitro scientes contemnant.

PARS II.

§. I.

INITIA EPITAPHIORVM FEMINIS POSITORVM

Quaerenti, unde feminae epitaphium exordiatur, hae nostrae antiquis ab exemplis suppetiae sunto:

DIS · MANIBVS · MEMORIAE · CINERIBVS · ANTONIAE · APVLONIAE · · · (5)
CINERIBVS · GEMELLAE · TORQVATAE · · · (6)
DIS · MANIBVS, SACRVM · MEMORIAE · SANCTISSIMAE · FEMINAE DONATAE · · (7)
D · M · SACRVM · PIETATI · ERSILIAE · P · F · VERAE · · · (8)
MEMORIAE · IVLIAE · PAVLINAE · P · AELIVS · · · (9)
QVIETI · IVLIAE · SEX · F · SEVERAE · · · (10)
DIS · MANIBVS · IVLIAE · IOLES · IVLI · VMBRI · L · · · · (11)
DIS · MANIBVS · ET · SECVRITATI · AEMILIAE · EVCARPIAE · · · (12)

(1) partit. 3. c. 1. n. 6.
(2) Rein. Cl. 20. n. 322. etc.
(3) Pseud. 4. 3. 9.
(4) l. 2. od. 5. v. 2.
(5) Don. Cl. 17. n. 9.
(6) id. Cl. 7. n. 6.
(7) Maff. M. V. p. 463. n. 6.
(8) Grut. p. 910. n. 10.
(9) id. p. 794. n. 8.
(10) Murat. p. 1357. n. 11.
(11) Fabr. p. 289. n. XIX.
(12) Don. Cl. 12. n. 23.

SACRVM · QVIETI · CORPORIS · PETRONIAE · GLYCONIDIS · · · (1)
OSSA · FORTVNATAE · FLORAE · · · (2)
SOMNO · AETERNALI · VLPIAE · EVTERPE · · · (3)
TRVTEDIA · HIC · CVBAT · P · TRVTEDI · AMPHIONIS · LIB · · · · (4)
HIC · EST · POSITA · ALBVCIA · BLESILLA · RARI · EXEMPLI · FEMINA QVAE · · · (5)
VALIA · M · L · PAVLA · ANN · XXXXV · H · S · E · · · · (6)
V · F · CORNELIA · C · L · MODERATA · SIBI · ET · C · QVINTIO · · · (7)
DIS · MANIBVS · SACR · BISELLIA · CHARIS · FECIT · SIBI · ET · GENIALINI VERNAE · SVAE · · · (8)
IVLIAE · STRATONICE · SACRVM · Q · VENNONIVS · · · (9)
TERENTIAE · VALENTIANAE · CONIVGI · INCOMPARABILI · · · (10)
CHRESTE · CONSERVAE · ET · CONIVGI · · (11)
SOMNO · AETERNALI · SACRVM · ARRVNTIAE · VALENTILLAE · FECIT · D · ATERIVS · · · (12)
LACERIIS · FAVSTINAE · PAVLINAE · SATVRNINAE · SORORIBVS · SANCTIS (13)
HAVE · MELETINA · SVAVISSIMA · D · S · I · (14) IVLIAE · MELETINAE LIB · · · · (15)
MAGNIA · EPAGATHO · DVLCIS · ANIMA · HAVE · BENE · VALEAS · QVI · ME SALVTAS · MAGNIAE · EPAGATHONI · CONIVGI · · · (16)
AVETE · ANIMAE · INNOCENTISSIMAE · L · OCT · TREBESIVS · · · (17)
HAVE · DVLCIS · POPILIA · ALEXANDRIA · RARISSIMA · FEMINA · A · XXXV HIC · SITA · EST · M · VLPIVS · · · (18)
DORMI · CLAVDIAE · HERMIONE · · · (19)
AMANDA · HAVE · D · M · ET · MEMORIAE · VRSILIAE · C · F · AMANDAE · · · (20)
GERMANICO · CAESARE · C · VISELLIO · COS · XIII · K · OCTOBRIS · OSSA CONDITA · TITIAE · T · L · · · · 21)
P . FERRARIVS · HERMES · CAECINIAE · DIGNAE · CONIVGI · KARISSIMAE NVMERIAE · MAXIMILLAE · CONIVGI · BENE · MERENTI · · · (22)
M · TITIVS · MARTIALIS · ET · M · TITIVS · PYRAMVS · FRATRES SEX · VIRI · SIBI · ET · CONIVGIBVS · CALPVRNIAE · MYRTALE · ET TITIAE · SATVRNIAE · ET · APVSTIAE · ROMANAE · MATERTERAE · · · (23)

§. II.

APPOSITA EPITAPHIORVM FEMINIS POSITORVM

Largius feminis tributae laudes, quam viris, ut appositorum, quae in epitaphiis earum legimus, magnus sit numerus, neque exigua varietas. haec autem maxime usui esse possunt:

MATRI · CARISSIMAE (24)
MATRI · DVLCISSIMAE (25)
MATRI · PIENTISSIMAE (26)
MATRI · OPTIMAE (27)
MATRI · PVDICISSIMAE (28)
MATRI · SANCTISSIMAE (29)

(1) Fabr. p. 714. n. 353.
(2) Don. Cl. 10. n. 25.
(3) Grut. p. 747. n. 9.
(4) Maff. M. V. p. 368. n. 9.
(5) Grut. p. 753. n. 5.
(6) Fabr. p. 285. n. 194.
(7) Grut. p. 970. n. 8.
(8) Fabr. p. 609. n. 76.
(9) id. p. 251. n. 30.
(10) id. p. 256. n. 47.
(11) id. p. 300. n. 273.
(12) id. p. 555. n. 57.
(13) Don. Cl. 7. n. 38.
(14) *Dis Sacrum Inferis*.
(15) Grut. p. 1026. n. 9.
(16) Fabr. p. 254. n. 51.
(17) Grut. p. 735. n. 6.
(18) Reines. Cl. 14. n. 192.
(19) Don. Cl. 4. n. 51.
(20) Fabr. p. 122. n. 21.
(21) id. p. 477, n. 144.
(22) id. p. 209. n. 519.
(23) id. p. 407. n. 323.
(24) Don. Cl. 11. n. 27.
(25) id. ibid. n. 40.
(26) Maff. M. V. p. 371. n. 7.
(27) Don. Cl. 11. n. 26.
(28) id. ibid. n. 36.
(29) Grut. p. 719. n. 9.

MATRI · OPTIMAE · ET · INDVLGENTISSIMAE (1)
MATRI · PIISSIMAE · ET · INCOMPARABILI (2)
AVIAE · PIENTISSIMAE (3)
AVIAE · ET · NVTRICI · SVAE (4)
VXORI · INCOMPARABILI (5)
MARITAE · PIISSIMAE · DVLCISSIMAE · RARISSIMAE · CASTISSIMAE (6)
CONIVGI · CARISSIMAE · BENEMERITAE (7)
CONIVGI · CASTISSIMAE · PIISSIMAE · ET · DE · SE · OPTIME · MERITAE (8)
CONIVGI · RELIGIOSISSIMAE (9)
CONIVGI · FRVGALISSIMAE (10)
CONIVGI · PIAE · SANCTISSIMAE · BENEMERENTI (11)
CONIVGI · SANCTAE · CARAE · OPTIMAE · CASTAE · PIENTISSIMAE BENEMERENTI (12)
DOMINAE · OPTIMAE · ET · SANCTISSIMAE · SVIQVE · AMANTISSIMAE (13)
SORORI · PIISSIMAE (14)
SORORI · OPTIMAE (15)
SORORI · SVAE · CARISSIMAE · ET · PIISSIMAE (16)
COGNATAE · SVAE · AEMILIAE · CRESCENTINAE (17)
COGNATAE · BENEMERENTI (18)
SOCERAE · PIENTISSIMAE (19)
SOCRVI · SANCTISSIMAE (20)
NVRVI · MERENTISSIMAE (21)
NVTRICI · KARISSIMAE (22)
MAMMAE · SVAE · BENEMERENTI (23)
COLLACTIAE · CARISSIMAE (24)
CONTVBERNALI · SANCTISSIMAE · BENE · DE · SE · MERITAE (25)
SODALI · SVAE · BENEMERENTI (26)
AMICAE · INCOMPARABILI (27)
HOSPITAE · SANCTISSIMAE (28)
PATRONAE · DIGNISSIMAE (29)
MVLIERI · SIMPLICI (30)
MVLIERI · INCOMPARABILI · RARISSIMAE (31)
FEMINAE · RARISSIMI · EXEMPLI (32)
FEMINAE · SANCTISSIMAE · FRVGI · PIAE (33)
OMNIVM · FEMINARVM · CASTISSIMAE (34)
MATRONAE · CLARISSIMAE (35)
ANIMAE · INNOCENTISSIMAE (36)
ANIMAE · DESIDERATISSIMAE (37)
VNIVIRAE · ET · CASTISSIMAE (38)
PIETATIS · INCOMPARABILIS (39)
SVPRA · OMNIA · EXEMPLA (40)

(1) Grut. p. 725. n. 6.
(2) id. p. 381. n. 2.
(3) id. p. 964. n. 2.
(4) Fabr. p. 258. n. 90.
(5) Grut. p. 759. n. 2.
(6) Fabr. p. 299. n. 271.
(7) Grut. p. 335. n. 2.
(8) id. p. 815. n. 7.
(9) Don. Cl. 12. n. 21.
(10) Stor. lett. d'Ital. t. 6. l. 3. c. 4.
(11) Fabr. p. 254. n. 51.
(12) Marm. Oxon. p. 1. n. 59.
(13) Fabr. p. 392. n. 264.
(14) Grut. p. 846. n. 8.
(15) id. p. 847. n. 7.
(16) id. p. 853. n. 7.
(17) Fabr. p. 311. n. 346.
(18) Grut. p. 877. n. 5.
(19) id. p. 881. n. 11.
(20) id. p. 776. n. 9.
(21) id. p. 417. n. 1.
(22) Don. Cl. 4. n. 49.
(23) Grut. p. 662. n. 10.
(24) id. p. 632. n. 8.
(25) Id. p. 596. n. 4.
(26) id. p. 876. n. 3.
(27) Fabr. p. 643. n. 366.
(28) Murat. p. 853. n. 9.
(29) Grut. p. 956. n. 9.
(30) Maff. M. V. p. 351. n. 9.
(31) Grut. p. 790. n. 9.
(32) id. p. 895. n. 14.
(33) Fabr. p. 255. n. 62.
(34) Grut. p. 620. n. 8.
(35) Don. Cl. 5. n. 34.
(36) Grut. p. 759. n. 2.
(37) id. p. 709. n. 1.
(38) Reines. Cl. 14. n. 73.
(39) id. Cl. 12. n. 6.
(40) Maff. M. V. p. 287. n. 2.

§· II·

VSVS EXEMPLORVM ET IMITATIO

Huc revocanda tibi sunt, quae modo de usu exemplorum et imitatione ad virorum epitaphia conficienda initio adnotavimus: iis quippe detractis, quae perversa religione inducta sunt, ceterae veterum formulae nostris quoque epitaphiis apprime aptae inveniuntur. quare his aut similibus exordiri liceat modis:

MEMORIAE · HAGNES · IVLI · F · METELLAE · · ·
MEMORIAE · ET · QVIETI · OCTAVILLAE · CRESCENTIAE · QVAE · · · ·
SOMNO · AEMILIAE · RVFAE · VIRGINIS · AVGVSTINIANAE · MAXIMAE · · · ·
OSSA · AVRELIAE · CASSIANAE · MATRONAE · CLARISSIMAE · · · ·
MARCELLINA · IVSTI · F · ROLLIA · ANNORVM · LX · H · S · E · · · ·
V · F · FAVSTINA · QVINCTI · F · BALBIANA · SIBI · ET · MATRI · SVAE · · · ·
AVE · EVPHROSYNE · M · CLAVDIVS · FLAVINVS · FECIT · EVPHROSYNE · VALLIAE · VXORI
PIENTISSIMAE · QVAE · · · ·

alia porro atque alia id genus initia cuique in promptu sunt. nec minus parata feminarum apposita, quae pro singularum meritis adscribantur. ecquod enim ex antiquis non apte quadret? quod si tamen novae aliquando res explicandae fuerint, facile jam eas veterum rationem sequutus designabis. haec quidem exempli loco esse possint:

CVLTRICI · SANCTAE · DEI · MATRIS
VIRGINI · VOLVNTARIAE · RARISSIMI · EXEMPLI
DOMINAE · OPTIMAE · PATRONAE · SVBIECTORVM
MATRI · FAMILIAS · DILIGENTISSIMAE · BENE · MERENTI
EDVCATRICI · PVERITIAE · PRINCIPIS
PROCVRATRICI · DOMVS · MATRONAE · VETERIS · SANCTITATIS
CVSTODI · ORBAE · DOMVS · ET · NEPOTVM

quaedam etiam apposita ex honorariis interdum inscriptionibus peti possunt: praesertim de sepulcris si agatur, quae honoris virtutisque caussa publice exstructa sint.

PARS III·

§· I·

INITIA EPITAPHIORVM PVERIS PVELLISQVE POSITORVM

Liberis quoque et alumnis et vernis suis sepulcra a veteribus separatim exstructa vidimus, titulis inscriptis, quibus amorem erga illos suum et de morte eorum moerorem doloremque testarentur. porro his fere initiis usi sunt:

PIETATI · ET · MEMORIAE · VETTIAE · MARCELLINAE · FILIAE
SVAE · · · (1)
D · M · MARCI · VETTI · MARCELLINI · · · (2)

(1) Grut, p. 714, n. 2. (2) Don. Cl. 10, n. 9.

GENIO · C · IVLI · AVGVSTAE · L · PROSOPAE · DELICII · IPSIVS · ET LIVIAE · DRVSI · CAESARIS : · · (1)
D · M · ET · QVIETI · AETERNAE · TITIAE · SEIAE · · · (2)
D · M · MEMORIAE · C · ABIENI · C · F · IVCVNDINI · VIXIT · ANNIS VII· · · (3)
DOMVS · AETERNA · D · ALBINAE · QVAE · V · A · XV· · · · (4)
CORPVS · HIC · SITVM · EST · L · CLODII · L · F · RVFINI · · · (5)
C · CANVLEI · TROPHIMI · V · A · X· · · (6)
ARRIAE · IVSTAE · FILIAE · DVLCISSIMAE · PARENTES · · · (7)
GLYCERO · FILIO · QVI · VIXIT · ANNO · I· · · · (8)
ANIMAE · INNOCENTISSIMAE · QVAE · VIXIT · ANN · VIIII· · · · (9)
PATER · FILIAE · VICTORIAE · B · M · FECIT · · · (10)
P · OCTAVIVS · MENANDER · CARISSIMIS · SVIS · FECIT · · · (11)
T · OCTAVIVS · THALLVS · ET · VIBIA · RHODE · PARENTES · INFELICISSIMI RHODINO · FILIO · SVO · · · (12)
PRECARIO · A · MARCIA · REPENTINA · C · IVNIVS · PHILETVS · POSVIT IVLIAE · · · (13)
SACRVM · M · TITIENO · M · F · MARTIALI · · · (14)
CN · POMPEIVS · CN · F · PRISCVS · VIXIT · ANN · ET · M · VI· · · · (15)
VOLCINIA · MARCELLINA · DEF · ANN · XIIII· · · · (16)
FAVSTA · CVM · FILIO · SVO · C · HALINIO · HIC · SIT · SVNT · · · (17)
HIC · SVNT · POSITI · GYMNICI · TRES · FRATRES · EVPVS · QVI · VIX· AN : V · · · · (18)
CHARIS · EPICHARIS · SORORES · DVAE · F · Q · (19) SALLVSTI · HILARI · · · (20)
ALCYONEI · DIVI · AVG · L · OSSA · · · (21)
D · M · FLAVIAE · CARAE · QVAE · ET · IANVARIA · VIXIT · ANNIS XIII : · · · (22)
D · M · SOTERIS · HAVE · BOTENIA · SOPHE · FECIT · TREBONIAE · SOTERIDI VERNAE · SVAE · · · (23)
HAVE · HAVE · EROTION · ET · VALE · AEEERNVM · C · CESTIVS FILIAE · · (24)
PRO · DORMITIONE · T · AVRELIVS · SILVANVS · ET · VALERIA · MAXIMA T . AVRELIO · TELESPHORO · FILIO · DVLCISS· · · · (25)
EX · TESTAMENTO · P · SACIDI · Q · F · POB · PATRIS · · · (26)
PACI · ET · QVIETI · ET · MEMORIAE · AETERNAE · Q · ARISTIO · · · (27)
AMARANTHI · OSS · PATER · FILIO · · · (28)

§. II.

APPOSITA EPITAPHIORVM PVERIS PVELLISQVE POSITORVM

Eorum, qui aetatula prima obierunt, quamquam beata mors dicenda est, vix tamen desiderium ii ferre possunt, qui amiserunt, parentes praecipue atque propinqui. itaque hi maxime dolorem suum in epitaphiis prodidere, quorum haec aliaque hujusmodi apposita esse solent:

INFANTI · DVLCISSIMO · ET · ALVMNO · KARISSIMO · DELICIO · SVO (29)

(1) Fabr. p. 72. n. V.
(2) Grut. p. 706. n. 6.
(3) id. p. 1153. n. 6.
(4) Don. Cl. 10. n. 50.
(5) Grut. p. 677. n. 9.
(6) id. p. 1045. n. 1.
(7) Fabr. p. 589. n. 195.
(8) id. p. 218. n. 566.
(9) id. p. 350. n. 25.
(10) Grut. p. 714. n. 11.
(11) Fabr. p. 194. n. XLII.
(12) id. p. 195. n. XLIII.
(13) id. p. 161. n. 292.
(14) id. p. 185. n. 412.
(15) Grut. p. 701. n. 9.
(16) id. p. 716. n. 12.
(17) Don. Cl. 10. n. 65.
(18) Fabr. p. 163. n. 30.
(19) *Filiae Quinti*.
(20) Grut. p. 846. n. 7.
(21) id. p. 605. n. 11.
(22) Fabr. p. 145. n. 21.
(23) Maff. M. V. p. 266. n. 8.
(24) Grut. p. 1123. n. 2.
(25) Maff. M. V. p. 367. n. 15.
(26) Grut. p. 887. n. 3.
(27) Murat. p. 1436. n. 1.
(28) Grut. p. 667. n. 8.
(29) id. p. 661. n. 6.

INFANTI · MELLITISSIMO · AC · DVLCISSIMO (1)
INFANTI · INNOCENTISSIMAE (2)
PVERO · RARISSIMO (3)
PVERO · PIISSIMO · ET · DVLCISSIMO (4)
PVERO · DVLCISSIMO · FORMA · SINGVLARI (5)
FILIO · OBSEQVENTISSIMO (6)
FILIO · INNOCENTISSIMO (7)
FILIO · CARISSIMO · ET · PIENTISSIMO (8)
FILIO · SANCTISSIMO · ET · REVERENTISSIMO (9)
FILIAE · DVLCISSIMAE (10)
FILIAE · BONAE (11)
FILIAE · SVAE · BENEMERENTI · ET · PIENTISSIMAE (12)
FILIAE · PIISSIMAE · DVLCISSIMAE · VIRGINI (13)
FILIAE · MANSVETISSIMAE · ET · SVPRA · SEXVS · SVI · CAPTVM · ET AETATEM · PRVDENTI (14)
FILIIS · INCOMPARABILIBVS (15)
FILIIS · BENEMERENTIBVS (16)
FILIIS · DVLCISSIMIS · ET · PIISSIMIS · ERGA · SE (17)
PRIVIGNO · PIISSIMO (18)
PRIVIGNAE · DVLCI (19)
PRIVIGNAE · SVAVISSIMAE (20)
NEPOTI · DVLCISSIMO (21)
NEPOTI · KARISSIMO (22)
NEPTI · SVAE (23)
NEPOTI · DVLCISSIMAE (24)
SORORIS · FILIO · BENEMERENTI (25)
ALVMNO · FIDELISSIMO (26)
ALVMNAE · ANIMAE · INCOMPARABILI · ET · BENEMERENTI (27)
VERNAE · SVO · CARISSIMO (28)
VIRGINI · SANCTAE (29)
VIRGINI · INNOCENTISSIMAE (30)
ANIMAE · DVLCI (31)
ANIMVLAE · IVCVNDISSIMAE (32)
DELICIO · SVO · CARISSIMO (33)
DELICATAE · SVAE (34)
COLLACTEVS · DRVSI · BLANDI · F · (35)
DIVI · AVGVSTI · OPSES (36)
MISERAE · MATRIS · DOLOR · AETERNVS (37)
CARISSIMA · SVIS (38)

§. III.

VSVS EXEMPLORVM ET IMITATIO

In puerorum quoque puellarumque epitaphiis quominus veterum initiis plerumque utamur, nihil vetat. pauca sane in his reperias, quae religionis caussa repudianda sint. haec autem et similia novorum epitaphiorum exordia esse possunt:

(1) Grut. p. 675. n. 13.
(2) id. p. 671. n. 13.
(3) Fabr. p. 345. n. 1.
(4) Grut. p. 618. n. 3.
(5) id. p. 673. n. 12.
(6) id. p. 666. n. 3.
(7) Fabr. p. 379. n. 190.
(8) Grut. p. 695. n. 4.
(9) Reines. Cl. 12. n. 92.
(10) Fabr. p. 373. n. 167.
(11) Maff. M. V. p. 282. n. 6.
(12) Fabr. p. 145. n. XXI.
(13) id. p. 145. n. 167.
(14) Grut. p. 1120. n. 7.
(15) Reines. Cl. 12. n. 16.
(16) Grut. p. 1122. n. 11.
(17) id. p. 640. n. 2.
(18) id. p. 410. n. 10.
(19) Fabr. p. 202. n. 498.
(20) id. ibid. n. 502.
(21) Grut. p. 695. n. 14.
(22) id. p. 706. n. 2.
(23) id. p. 683. n. 5.
(24) Fabr. p. 153. n. 23.
(25) Grut. p. 706. n. 4.
(26) Fabr. p. 499. n. 19.
(27) Maff. M. V. p. 276. n. 4.
(28) Grut. p. 618. n. 4.
(29) Fabr. p. 144. n. 166.
(30) id. ibid. n. 164.
(31) Grut. p. 1123. n. 6.
(32) id. p. 685. n. 11.
(33) id. p. 662. n. 1.
(34) Fabr. p. 363. n. 102.
(35) id. p. 484. n. 154.
(36) id. p. 440. n. 45.
(37) Don. Cl. 10. n. 30.
(38) Fabr. p. 194. n. XLII.

QVIETI · TERENTIAE · CORNELIANAE · PVELLAE · RARISSIMAE · · · ·
PIETATI · ET · MEMORIAE · CAMILLI · FILI · CARISSIMI · DELICII · SVI · · · ·
CORPVS · HIC · SITVM · EST · BALBINAE · VIRGINIS · PIENTISSIMAE · QVAE · · · ·
IOANNILLO · FILIO · DVLCISSIMO · QVI · · · ·
OCTAVIAE · VESTINAE · QVAE · ET · DOMITILLA · VIXIT · A · X · H · S · E · · · · ·
CLAVDIA · FESTA · CVM · THERESILLA · FILIA · HIC · SITAE · SVNT · · · ·
AVE · AVE · EVSTOCHIVM · ET · VALE · GALERIVS · BRANDA · PATER · FILIAE · B · M ·
FECIT · QVAE · · ·

jam apposita, quae a veteribus usurpata protulimus, epitaphiis ea nostris apprime omnia conveniunt. sed alia etiam recte aliquando aptaveris, quibus puerilis aetatis laudes persequaris, cujusmodi haec sunt:

PVERO · INNOCENTISSIMO · DEI · REVERENTI
PVELLAE · SIMPLICI · DELICATAE · DEI
PVERO · GRAECAE · LINGVAE · SCIENTI
PVELLAE · STVDIOSAE · LITTERARVM
FILIO · OPTIMO · INGENIOSISSIMO · CVLTORI · OMNIVM · ARTIVM · BONARVM
FILIAE · PIENTISSIMAE · VIRGINI · THERESIANAE · DESTINATAE
ALVMNAE · BENEMERENTI · CANTRICI · SVAVISSIMAE
VERNAE · FESTIVISSIMO · IVCVNDISSIMO

tum alia quaedam excudere liceat, quae mortis acerbitatem declarent, hoc nempe aut simili modo:

FILIO · VNICO · ET · VLTIMO · SVORVM
VIRGINI · SPONSAE
FILIIS · CARISSIMIS · PROLI · GEMELLAE · POSTVMAE
HERES · PATRVI · ET · AVVNCVLI
DOLOR · PARENTIVM

cetera de genere hoc: quae mihi quidem aegre nunc subeunt: at oblata epitaphii scribendi occasione, facile cuique occurrent.

PARS III.

§. I.

INITIA EPITAPHIORVM, QVAE SVNT SEPVLCRORVM COMMVNIVM

Quia sepulcrorum communium alia familiae uni aut genti, alia corpori uni sive collegio adsignata erant; ideirco epitaphia, praeter auctores monumentorum, quaedam sepultos etiam nominatim scriptos habent, quorum maxime caussa sepulcrum toti cognationi familiaeve comparatum fuerat: alia saepe corpus tantum aut collegium generatim referunt, cui sepulturae jus esse, ipsi conditores constituerant. initia autem haec fere usurpata reperiuntur:

L · SAVFEIVS · ARABS · SIBI · ET · IS · QVI · INSCRIPTI . SVNT · M. · BETITIO · · · (1)
D · M · CORNELIVS · VICTOR · ET · CORNELIVS · ROGATVS · FILIVS FECERVNT · SIBI · ET · SVIS · LIBERTIS · LIBERTABVSQVE · · · (2)
D · M · MAGNIA . TYCHE · FECIT · SIBI · ET · KARIS · SVIS · T · MAGNIO ANICETO · ET · · · (3)
MANIBVS · SACRVM · Q · VOCONIVS · PHOEBVS · FECIT · SIBI · ET · · · (4)
SECVRITATI · COGNATIONIS · SVAE · FORTVNATVS · AVG · LIB · · · · ET SIBI · · (5)
LIBERTIS · ET · FAMILIAE · TI · TI · CLAVDIORVM · EROTIS · ET · FELICIS AVG · L· · · · (6)
LIBERTORVM · ET · FAMILIAE · SCRIBONIAE · CAESARIS · ET · CORNELI MARCELLI · F · EIVS · · · (7)
LOCVS · SEPVLTVRAE · GENTILIVM · VETERANORVM · · · (8)
LOCA · SEPVLTVRAE · CVLTORVM · HERCVLIS · VICTORIS · IN · FVNDO DOMITIANO · · · (9)
LOCVM · SEPVLTVRAE · DONAVIT · C · VALGIVS · FVSCVS · CONLEGIO IVMENTARIORVM · PORTAE · GALLICAE · · (10)
FAMILIAE · QVADRIGARIAE · T · AT · CAPITONIS · P · ANNI · CHELIDONI CHRESTO · QVAESTORE · OLLAE · DIVISAE · DECVRIONIBVS · HEIS · QVI INFRA · SCRIPTI · SVNT · M · VIPSANIO · MVGIONI · · · (11)
LOC · MON · IN · FR · P · XVI · IN · AG · P · XX· · · · (12)
P · PETICIVS · AMANDVS · FABER · COLLEGIO · DENDROPHORORVM · OSSARIA FECIT · · · (13)
V · F · CVLTORES · HERCVLIS · SOMNIALIS · DECVRIA · I · DIS · MANIBVS SIBI · ET · · · (14)
DIS · MANIBVS · COLLEGIO · AGRIPPIANO · · · (15)
HOC · HYPOGEVM · COMMVNE · FECERVNT · C · CAMERIVS · C · F· · · · (16)
DIS · MANIBVS · MEVIORVM (17)

§. II.

APPOSITA EPITAPHIORVM, QVAE SVNT SEPVLCRORVM COMMVNIVM

Epitaphiorum id genus nulla fere sunt apposita, quae hic describi debeant. nam quae in familiarium gentiliumque sepulcrorum leguntur titulis, ea ab his non differunt, quae superius attulimus: quippe viris feminisque addita sunt, quorum maxime caussa sepulcra exstructa essent. in monumentis autem collegiorum aut nulla inveniuntur apposita, aut ex his sunt, quae perpetua appellantur: quorum et exiguus numerus est, neque hic locus adeo proprius, ut de his non alibi rectius acturi simus. nam et de collegiorum appellationibus, et de auctoribus monumentorum generatim inscriptis paullo inferius dicendum mihi est: quo loco apposita illa perpetua, ut ab antiquis usurpata sunt, describi proponique maxime convenit: ergo inde, quae ad epitaphia sepulcrorum communium opus fuerint, commode petes: cetera vero, quae ad defunctorum laudes pertinent, articuli superiores dabunt.

(1) Maff. M. V. p. 351. n. 6.
(2) Fabr. p. 121. n. 16.
(3) id. p. 14. n. 63.
(4) Maff. M. V. p. 306. n. 3.
(5) Grut. p. 586. n. 6.
(6) id. p. 588. n. 3.
(7) Fabr. p. 43. n. 239.
(8) Bertol. Ant. Aq. p. 174. n. 183.
(9) Grut. p. 315. n. 8.
(10) Fabr. p. 157. n. 261.
(11) Grut. p. 339. n. 5.
(12) id. p. 897. n. 4.
(13) Don. Cl. 9. n. 5.
(14) Reines. Cl. 10. n. 4.
(15) id. ibid. n. 11.
(16) Spon. Misc. p. 291.
(17) Maff. M. V. p. 363. n. 2.

§· IIÍ·

VSVS EXEMPLORVM ET IMITATIO

Qvae superius expressimus variorum epitaphiorum initia, ea hic quoque locum habent, quum de sepulcris agitur, quae quis ita genti aut familiae suae paraverit, ut tamen unius aut alterius caussa potissimum fecisse videatur. horum enim nomina ut aliis in epitaphiis, sub ipsum fere exordium enunciantur; nec apparet, sepulcrum e communibus esse, nisi quum infra legimus, *Et Sibi Posterisque Suis*, vel ut est in exemplo Maffejano (1), *Sibi Et Calvisiae Saturninae Conjugi Defunctae Et Calvisiis Firmioni Et Valentioni Filis Et Nuribus Et Nepotibus Et Pronepotibus*.

Quae autem sepulcra sodalium collegiis corporibusque adsignata fuerint, horum epitaphia sic exordiri possis:

PAVLLVS · ABENNA · MARCVS · LOLLIANVS · MAGISTRI · LOCVM · MONVMENTI · COLLEGIO
VINARIORVM · DEDERVNT · QVO · IPSI · POSTERIQVE · · · ·
MEMORIAE · ET · SECVRITATI · CVLTORVM · SANCTAE · VIRGINIS · HORTENSIS · · · ·
LOCVS · SEPVLTVRAE · SODALIVM · MARIALIVM · ALBATORVM · · · ·
HYPOGEVM · CANONICORVM · DAMASIANORVM · · ·
LOCVS · MONVMENTI · ROSCIORVM · · · ·
MILITVM · COHORTIS · VRBANAE · RVSSATAE · · ·
FAMILIAE · VILLATICAE · POMPEIORVM · IN · FRONTE · P · XX·

alia quaedam exempla habes libro secundo, ubi de hujus generis epitaphiis actum est: atque ibidem apposita etiam nonnulla reperies, quae usui aliquando esse possint; quamquam pleraque propria et sollemnia esse debent, quae infra, ut dixi, exponenda sunt.

(1) M. V. p. 152. n. 3.

CAPVT IIII.

Initia et apposita inscriptionum historicarum

PARS I.

§. 1.

INITIA FASTORVM

Fastorum, qui primi hoc nomine appellati, nulla exstant initia: nam quae habes libro primo, nec initia vere dixeris, et ea ipsa a Pighio sunt, qui supplevit: quota enim quaeque Capitolinorum lapidum integra series reperta est? initium tamen his fuisse crediderim a nomine ejus, qui dedicarit, quemadmodum de Kalendariorum titulis diximus.

At minutiorum fastorum, quos *Acta Diurna* vocitabant, et quum Romae tum in municipiis scribebant, hoc fuisse initium e Gruteriana inscriptione didici: quamquam haec non tabulis sed chartis plerumque inscripta (1):

L · PVBLILIO · CELSO · II · C · CLODIO · CRISPINO · COS · IDIBVS · APRILIB ·
M · PONTIO · CELSO · DICTATORE · C · SVETONIO · CLAVDIANO
AEDILE · IVRI · DICVNDO · PRAEF · AERARI · COMMENTARIVM
COTTIDIANVM · MVNICIPII · CAERITVM

hujus commentarii multae erant paginae, multa capita. haec autem PAGINA · XXVII KAPITE · VI · legebantur:

M · PONTIVS · CELSVS · DICTATOR · ET · C · SVETONIVS · CLAVDIANVS
DECVRIONES · IN · TEMPLO · DIVORVM · CORROGAVERVNT · VBI
VESBINVS · AVG · LIB · PETIT · VT · SIBI · LOCVS · PVBLICE · DARETVR
SVB · PORTICV · BASILICAE · SVLPICIANAE · VT · · ·

Iam quia fastorum in numero elenchos quoque decurionum vel sodalium aut militum recensere possumus; horum saltem a me initia proferentur: quae sane crebrius, quam cetera, requiri imitandi caussa possint; et fastis eadem aptari etiam posse videantur. sunt autem hujusmodi:

L · MARIO · MAXIMO · II · L · ROSCIO · AELIANO · COS · M · ANTONIVS
PRISCVS · L · ANNIVS · SECVNDVS · II · VIR · QVINQVENN · NOMINA
DECVRIONVM · IN · AERE · INCIDENDA · CVRAVERVNT · PATRONI · C ·
C · V · V · APP · CLAVDIVS · IVLIANVS · · · · PATRONI · E · E · Q · Q ·
R · R · P · GERELLIANVS · MODESTVS · · · QVINQVENNALICII · T ·
LIGERIVS · POSTVMINVS · · · II · VIRALICII · A · CAESELLIVS · PROCVLVS
II · · · · AEDILICII · T · FLAVIVS · CROCALIANVS · · · QVAESTORICII · L ·
CEIVS · ASCLEPIODOTEANVS · · · PEDANI · Q · FABIVS · FABIANVS · · ·
PRAETEXTATI · T · FLAVIVS · FRONTINVS · · · (2)
PONTIFICES · A · COLONIA · CONIVNCTA · IVLIA · SVTRINA · IN · ORDINEM
RELATI · P · VERGILIVS · STRABO · PATER · P · AEMILIVS · P · F ·
VALENS · · · (3)

(1) Grut. p. 214. n. 1. (2) Fabr. p. 598. n. 9. (3) Grut. p. 302. n. 1.

IMP · CAESARE · T · AELIO · HADRIANO · ANTONINO · AVG · PIO · P · P · III · M · AELIO · AVRELIO · CAESARE · COS · ORDO · CORPORATORVM QVI · PECVNIAM · AD · AMPLIANDVM · TEMPLVM · CONTVLERVNT PATRONI · T · TRIFERNIVS · SEX · FIL· · · · QVINQVENNALICII · P · SVLPICIVS · · · (1)

SER · GALBA · II · T · VINIO · COS · MAGISTRI · TI · CLAVDIVS · CRESCENS · · · · MINISTRI · PROTVS · SABEDI · · · (2)

EX · S · C · DENDROPHORI · CREATI · QVI · SVNT · SVB · CVRA · XV · VIR · S · F · C · C · V · V · PATRONVS · L · AMPIVS · STEPHANVS · SAC · M · DEI · QQ · DEND · DEDICATIONE · HVIVS · PANEM · VINVM · ET SPORTVLAS · DEDIT · C · VALERIVS · PICENTINVS · C · IVLIVS HERCVLANVS · · · (3)

ORDO · ADLECTORVM · AELIVS · TROPHIMI · AELIVS · LATINVS · AELIVS EVTYCHES · AELIVS · TROPHIMVS · DIASEMIVS · PLEBEIVS · SELINIVS LVPERCVS · SEN· · · · (4)

NOMINA · LEGIONVM · II · AVGVSTA · VI · VICTRIX · XX · VICTRIX· · · · (5)

huc quoque referas titulum, quem Ancyrani fastis Augusti, quos Romae ex ejus Mausoleo describendos curaverant, praeposuerunt:

RERVM · GESTARVM · DIVI · AVGVSTI · QVIBVS · ORBEM · TERRARVM IMPERIO · POPVLI · ROMANI · SVBIECIT · ET · IMPENSARVM · QVAS · IN REMPVBLICAM · POPVLVMQVE · ROMANVM · FECIT · INCISARVM · IN DVABVS · AHAENEIS · PILIS · QVAE · SVNT · ROMAE · EXEMPLAR SVBIECTVM

ANNOS · VNDEVIGINTI · NATVS · EXERCITVM · PRIVATO · CONSILIO · ET PRIVATA · IMPENSA · COMPARAVI · · · (6)

§. II.

APPOSITA FASTORVM

Nullum olim album, nulli fasti apposita habuere alia, quam perpetua et propria. neque enim ad magistratuum aut corporatorum virtutes celebrandas, sed ad rerum memoriam retinendam scribebantur. illud tantum addidere, ad historiam enim pertinebant, si cui quid primum contigisset: ut L. Sextio plebejo homini, qui Tribunus Militum factus fuerat, adscriptum PRIMVS · E · PLEBE (7) et Duillio, qui triumphum primus pugna maritima meruerat, adjectum, PRIMVS · NAVALEM · DE · SICVL · ET · CLASSE · POENICA · EGIT (8). at in albo adlectorum in ordinem singulis aliquando nominibus adscripsere, cujus quisque in locum adlectus esset: IN · LOC · Q · VIBI · ROSAE · IN · LOC · C · CARISTI · PONT· (9). militibus vero ante ipsum nomen additus litterarum aliquot indicio gradus in militia, ut OPTio, TESserarius, STationarius, TVBicen, BVCinator, SPeculator et hujusmodi (10). sed haec ipsa inter apposita perpetua numeres, quae infra proferenda sunt.

§. III.

VSVS EXEMPLORVM ET IMITATIO

Nihil olim exquisitum in fastorum aut elenchorum exordiis placuisse vides. itaque nos etiam, veterum simplicitatem imitati, his et similibus utemur initiis:

(1) Grut. p. 127.
(2) id. p. 189. n. 4.
(3) Spon. Misc. p. 55. Reines. Cl. 5. n. 23.
(4) Grut. p. 1089. n. 6.
(5) id. p. 513. n. 3.
(6) id. p. 230.
(7) id. p. 290.
(8) id. p. 297.
(9) id. p. 302. n. 1.
(10) v. Fabr. p. 260. n. 91. et p. 605. n. 48.

LVCIVS · CORNELIVS · MARCVS · CLAVDIANVS · II · VIRI · FASTOS · MVNICIPALES · AB EXORDIO · REI · PVBLICAE · ORDINANDOS · PVBLICANDOSQVE · CVRAVERVNT · · · ·
PIO · VI · PONTIFICE · MAXIMO · PAVLLVS · SERVILIVS · FABIVS · RATTONIVS · LVCAS CASSIVS · III · VIRI · REI · PVBLICAE · CONSERVANDAE · NOMINA · DECVRIONVM IN · ALBO · DESCRIBENDA · CVRAVERVNT · ·
ORDO · CANONICORVM · SANCTAE · VIRGINIS · TRANSTIBERINAE · · ·
NOMINA · COHORTIVM · VRBANARVM · · · ·
CORPORATI · LENVNCVLARI · TIBERIS · QVI · PECVNIAM · AD · ARMAMENTARIVM AEDIFICANDVM · CONTVLERVNT · · · ·

ipsa autem corpora dividi sic poterunt, ut qui in singulis primi scribendi fuerint, eorum nominibus praescribatur DECVRIA · SENIORVM, ac subinde DECVRIA · IVNIORVM: vel alii sint ORDO, alii PLEBS; aut primi PATRES, ceteri IVVENES aut ADLECTI appellentur: decuriones vero senatoresve a gestis honoribus distinguantur, ut primi quidem DVVMVIRALICI aut TRIVMVIRALICI dicantur, secundi QVINQVENNALICI aut CENSORI, alii QVAESTORICI, alii PEDANI tantum. sic collegiorum primi vocari poterunt MAGISTRI aut DECEM · PRIMI aut SEVIRALES aut HONORATI, ceteri vero SODALES, INITIALES, TIRONES, MINISTRI. sic militum centuriis singulis praescribes 7· BASSI, 7· FESTI: ad nomina autem singulorum gradus militares, de quorum appellationibus infra dicendum est: unde etiam titulos petes, quos aliis adscribas, eos scilicet, quibus honores cujusque atque munera designari solent. nam ceteris quidem appositis perraro, ut diximus, locus est.

PARS II·

§· I·

INITIA EX INSCRIPTIONIBVS OPERVM PVBLICORVM

Neglectis hic quoque inscriptionum initiis, quae ad singularem dictionem pertinent; nam et pauca exempla sunt, nec alia fere, quam quae in librum primum congessimus: ea subjicientur, quae sic variant, ut a communi tamen stilo non recedant.

SENATVS · POPVLVSQVE · ROMANVS · CLIVOM · MARTIS · · · (1)
IMP · CAESAR · DIVI · IVLI · F · AVGVSTVS · PONTIFEX · MAXIMVS · COS · XII · TRIBVNIC · POTESTAT · XIX · IMP · XIIII · RIVOS · AQVARVM · · · (2)
IMPERATORES · CAESARES · L · SEPTIMIVS · SEVERVS · PIVS · PERTINAX · AVG · ARABICVS · ADIABENIC · PARTHICVS · MAXIMVS · TRIBVNICIA POTEST · VI · IMP · XI · COS · II · PROCOS · P · P · ET · M · AVRELIVS ANTONINVS · AVG · FILIVS · EIVS · VIAS · ET · MILLIARIA · · · (3)
Q · LVTATIVS · Q · F · Q · N · CATVLVS · COS · SVBSTRVCTIONEM · · · (4)
P · LENTVLVS · CN · F · SCIPIO · T · QVINCTIVS · CRISPINVS · VALERIANVS COS · EX · S · C · FACIVNDVM · · · (5)
COLLEGIVM · AVGVRVM · AVCTORE · IMP · CAESARE · · · (6)
RESPVBLICA · POPVLVSQVE · CORFINIENSIS · SACELLVM · · · (7)
P · VIBIVS · P · F · VRBICVS · P · ANVLENVS · BASSVS · II · VIR · I · D · CISTERNAM · · · · (8)
M · M · LARTIENI · SABINI · PATER · ET · FILIVS · QVINQVENNALES AQVAM · · · (9)

(1) Grut. p. 152. n. 7.
(2) id. p. 177. n. 1.
(3) Spon. Misc. p. 270.
(4) Grut. p. 170. n. 6.
(5) id. p. 187. n. 4.
(6) id. p. 198. n. 1.
(7) Fabr. p. 704. n. 25.
(8) Don. Cl. 2. n. 32.
(9) id. Cl. 2. n. 17.

P · PVBLILIVS · ANTHVS · VI · VIR · AVGVSTALIS · CVRIBVS · SABINIS · TESTAMENTO · FIERI · IVSSIT · · · (1)

T · TVRRANIVS · L · F · CLAVD · RVFVS · OB · HONOREM · AEDILITATIS PORTICVM · · · (2)

AVGVSTALES · VI · VIR · C · PESCENNIVS · C · L · CLEMENS · · · VIAM · · · (3)

INCOLAE · OPIFICESQVE · DEDERE · MAGISTRI · COIRAVERE · · · (4)

EX · AVCTORITATE · IMP · CAES · VESPASIANI · AVG · P · M · TRIB · POT · IIII · IMP · X · P · P · COS · IIII · V · CENS · C · CALPETANVS · · · (5)

IN · HONOREM · DOMVS · AVGVST · TI · CLAVDIVS · SECVNDVS COACTOR · · (6)

MELIA · ANNIANA · IN · MEMOR · Q · LAEPICI · Q · F · SERG · BASSI EMPORIVM · · (7)

NOMINE · Q · DOMITII · ALPINI · LICINIA · MATER · SIGNVM · · · (8)

ARBITRATV · C · BETVLI · M · F · OVF · ET · ALFI · P · L · PHILOMVSI · (9)

TI · CAESARE · AVG · F · AVGVSTO · IMPERATORE · PONT · MAX · TR · POT · XXX · LEGIO · IIII · SCYTHICA · · (10)

SER · OCTAVIO · LENATE · PONTIANO · M · ANTONIO · RVFINO · COS · MAGISTRI · FONTIS · PAL · · · · · (11)

INVICTE · IMP · ANTONINE · PIE · FELIX · AVG · MVLTIS · ANNIS IMPERES · · · · IMP · CAES · M · AVRELIVS · ANTONINVS · PIVS · FELIX AVG · PARTH · MAX · BRIT · MAX · GERM · MAX · PONTIFEX · MAXIMVS MONTIBVS · IMMINENTIBVS · LYCO · FLVMINI · CAESIS · VIAM · (12)

§. II.

APPOSITA EX INSCRIPTIONIBVS OPERVM PVBLICORVM

Historicas inscriptiones eorum nomine incisas esse, qui opus fecissent, jam adnotavimus. ob eam rem carent laudibus, neque apposita admittunt, nisi quae perpetua dicuntur: in quibus etsi magna plerumque laus continctur, ipsa tamen non laudis potius, quam notationis caussa usurpantur. sic Princeps *Pius, Felix, Augustus, Optimus* vocatur, quod ita a senatu appellatus esset. eadem de caussa *Pater Patriae* dicitur, et *Parens Coloniae, Parens Municipii:* et privati homines se *Patronos* inscripserunt, ut apud Fabrettum (13) Cyrinus quidam appellatur *Patronus Sodalicii Dei Silvani Pollentis*: alii vero alibi *Viri Clarissimi* dicuntur, eodem scilicet jure, quo ceteri *Praefectos* se aut *Praetores* aut *Duumviros* nominant: quod ea appellatio senatorum propria esset. excipe apposita hujusmodi: nusquam alia, quibus vel auctor operis, vel opus ipsum celebretur, invenies. ergo honorum munerumque enumeratione contentus eris, quorum vetera novaque nomina paullo infra exponemus, quamquam si mentio Principis aut clarorum virorum facienda fuerit, quorum honori opus factum dicatur, eos sane appositis omnis generis ornare obiter licebit: quae tibi superius quaerenda erunt.

(1) Grut. p. 149. n. 6.
(2) Reines. Cl. 2. n. 30.
(3) Grut. p. 150. n. 4.
(4) Murat. p. 693. n. 1.
(5) Grut. p. 197. n. 4.
(6) id. p. 169. n. 5.
(7) id. p. 159. n. 9.
(8) Maff. M. V. p. 125. n. 5.
(9) Grut. p. 195. n. 14.
(10) Mars. Danub. t. 2. p. 127. n. 3.
(11) Grut. p. 179. n. 6.
(12) Spon. Misc. p. 272.
(13) p. 448. n. 12.

§· II·

VSVS EXEMPLORVM ET IMITATIO

Nihil utique felicius nunc, quam historicas veterum inscriptiones expresseris: vix enim antiquis in exemplis invenias, quod nostris minus convenire videatur. initia certe, mutatis nominibus, singula retineri fas est, hoc modo:

IMP · CAESAR · FRANCISCI · I · F · KAROLI · VI · N · IOSEPHVS · PIVS · FELIX · AVG · ANNO · IMPERII · VIII · PONTEM · VETVSTATE · COLLAPSVM · · ·
SENATVS · POPVLVSQVE · MEDIOLANENSIS · DVCTVM · AQVAE · AVGVSTAE · · ·
COLLEGIVM · CANONICORVM · AVCTORE · PAVLLO · AEMILIO · LOLLIANO · PONTIFICE PATRE · INLVSTRISSIMO · REVERENDISSIMO · TRIBVNAL · ET · SVBSELLIARIVM · · ·
M · LAELIVS · BLANDVS · Q · HORTENSIVS · FVNDANVS · CVRATORES · OPERVM MVNICIPALIVM · VALETVDINARIA · PLEBIS · · ·
EX · AVCTORITATE · PII · VI · PONT · MAX · ORDO · POPVLVSQ · TARRACINENSIS PORTVM · · ·
TITVS · FABIVS · AVIENVS · V · C · OB · HONOREM · II · VIRATVS · EMPORIVM · · ·
IN · HONOREM · MARIAE · THERESIAE · AVGVSTAE · MATRIS · PATRIAE · ORDO · ET POPVLVS · CREMONENSIS · EORVM · · ·
FABIVS · IVLIANVS · EQVES · ORNAMENTARIVS · MELITENSIS · IN · MEMORIAM · PAVLLI IVLIANI · PATRIS · ODEVM · · · ·

plura exprimere supersedeo: res enim plana est. si cui acclamatio sub initium arrideat, qua Principi ob praeclarum opus fausta precemur, ea separatim ab inscriptione ejusdem incidenda erit: ut appareat, acclamationem populi esse, inscriptionem Principis.

PARS III·

§· I·

INITIA EX INDICIBVS LOCORVM PVBLICORVM PRIVATORVMQVE

Plerosque ex indicibus locorum publicorum non aliter exorsi veteres sunt, quam inscriptiones operum publicorum: sic enim inchoatos reperias:

IMP · CAESAR · DIVI . F · AVGVSTVS · PONTIFEX · MAXIMVS · TRIBVNIC · POTEST · XVII · EX · S · C · TERMINAVIT · · · (1)
C · ASINIVS · C · F · GALLVS · C · MARCIVS · L · F · L · N · CENSORINVS COS · EX · S · C · · · · (2)
D · NONIVS · ASPRENAS · L · AXSIVS · NASO · TR · PL · · · · CAECILIVS CORNVTVS · Q · LVTATIVS · CATVLVS · VOCONIVS · STOLO · CVRATORES LOCORVM · PVBLICORVM · DEDICANDORVM · EX · S · C · · · · (3)

adde his exempla, quae libro primo attulimus. verum ut quidam locorum publicorum, sic privatorum indices plerique omnes liberius scripti: ut initiorum varietas sit non exigua. variant sane omnes, qui libro primo descripti sunt: neque hi similes inter se, quos subjiciam:

(1) Grut. p. 196. n. 3. (2) id. p. 197. n. 2. (3) Fabr. p. 675. n. 18.

LOCVS · IN · QVO · MACERIA · EST · ET · MACERIA · PRIVATA · M · MESSALAI · CORVINI (1)
C · LARTI · PARIETES · PRIVATI · PRIVATO · SOLO (2)
VIA · SIVE · AGER · EST · INFRA · FONTEM · Q · MAELI · CERDONIS · · · (3)
FINIS · INTER · PVBLICVM · ET · PRIVATVM (4)
ITER · PRECAR · Q · GAVI · PHARI (5)
ITER · T · VIBI · T · L · ERONIS · P · IIS · LA · (6)
HIC · LOCVS · ITA · VTI · MACERIA · CLVSVS · EST · AD · RELIGIONEM SEPVLTVRAE · LOLLIARVM · · · (7)
IIVIVS · MONVMENTI · IVS · QVA · MACERIA · CLVSVM · EST · CVM TABERNA · ET · CAENACVLO · HEREDES · NON · SEQVETVR (8)
VIA · QVAE · DVCIT · PER · AGRVM · NONIANVM · A · M · XX · · · · (9)

§. II.

APPOSITA EX INDICIBVS LOCORVM PVBLICORVM PRIVATORVMQVE

Horum quidem titulorum caussa non alia apposita ex antiquis exemplis peti possunt, quam quae in operum publicorum inscriptionibus leguntur: atque haec ipsa ejusmodi sunt, ut locorum tantum publicorum indicibus apta videantur. nam haec ceteri, qui locorum privatorum sint, plane respuunt: siquidem antiqui etiam omni ornatu carent, nec ullam vel praedii vel domus vel viae laudem continent. id scilicet unum in his enunciatur, cujus quidque et quo jure sit. quae quis addiderit, frustra aut intempestive addidisse dicatur.

§. III.

VSVS EXEMPLORVM ET IMITATIO

Quos locorum publicorum indices scribes, eorum initia vel eadem facies atque ea, quae inscriptionibus operum publicorum conveniunt; vel, si mavis, hoc aut simili duces modo:

LOCVS · ADSIGNATVS · EMPORIO · A · LVCIO · BASSO · MARCO · SEIO · CVRATORIBVS LOCORVM · PVBLICORVM · QVAQVAVERSVS · P · CC ·
QVOD · INTRA · CIPPOS · SOLI · EST · FLVMEN · VERSVS · CVRATORES · OPERVM PVBLICORVM · REDEMPTVM · A · PRIVATIS · PVBLICAVERVNT
IVSSV · PII · VI · PONT · MAX · PLANICIES · CIRCA · ARCEM · P · D · VACVA · RELICTA EST
AREA · SVPERIOR · TEMPLO · CEDIT · QVAE · INFRA · EST · PROFANA

qui autem indices privatis figentur locis, eos vel licentius inchoabis: nihil enim in his veteres nisi brevitatem sequuti. sed tamen quae exstant exempla imitari praestat, in hunc fere modum:

ITER · PRECARIVM · IN · FVNDVM · COSCONIANVM
ITER · MARCI · CAMILLI · LAT · P · III ·

(1) Fabr. p. 671. n. 1.
(2) Grut. p. 201. n. 4.
(3) id. p. 201. n. 1.
(4) id. p. 200. n. 7.
(5) Maff. M. V. p. 169. c. 2.
(6) id. ibid.
(7) Fabr. p. 675. n. 17.
(8) Spon. Misc. p. 292.
(9) Grut. p. 201. n. 2.

A · RIPA · FLVMINIS · AD · VIAM · AVRELIAM · PARIES · COMMVNIS · BALBINORVM · ET
ROSCIORVM
A · TIBERI · AD · POMOERIVM · INTRA · CIPPOS · X · PAVLLI · IOVIANI · PRIVATA
PER · HANC · VIAM · PRAEDIO · FAVSTINIANO · ITER · ACTVS · DEBETVR
FAVSTI · METELLI · PRIVATA · PRIVATO · SOLO
INTER · PARIETEM · VTRVMQVE · AMBITVS · PRIVATVS · FABII · RVFI
FINIS · INTER · FVNDOS · FVLVIANVM · ET · SABINIANVM

PARS IIII.

§· I.

INITIA EX INDICIBVS EORVM, QVAE LEGATA, DONATA, VENDITA AVT EMPTA

Pleraque veterum exemplorum, de quorum hic initiis agimus, ab inscriptionibus operum publicorum ipsa etiam parum aut nihil differunt. a nominibus enim propriis fere inchoantur, quibus honores, curationes, munera subjecta legimus: quamquam haec aliquando praetermissa, aut certe non excogitata, si deerant:

M · CAECILIVS · M · F · FIRMVS · DENDROPHORIS · LEGAVIT · · · (1)
FLAVIVS · CATVLLVS · TESTAMENTO · AD · MARMORANDVM · BALINEVM
LEGAVIT · R · P · X · LXXV · · · · (2)
L · GRAVIVS · SEIO · LACVM · IMPENSA · SVA · FACTVM · DEDIT · DONAVIT (3)

ii tantum indices a ceteris plane discrepant, qui stipulationem aliquam contractumque referunt: ut tabula illa celeberrima Placentina, cujus initium habes ad inscr. ccccxxI· post quod haec sequuntur:

C · VOLVMNIVS · MEMOR · ET · VOLVMNIA · ALCE · PER · VOLVM
DIADVMENVM · LIBERTVM · SVVM · PROFESSI · SVNT · FVNDVM
QVINTIACVM · AVRELIANVM · COLLEM · MVLETATEM · CVM · SILVIS
QVI · EST · IN · VELEIATE · PAGO · AMBITREBIO · ADFINIBVS · M ·
MOMMEIO · PERSICO · SATRIO · SEVERO · ET · POP · HS · CVIII ·
ACCIPERE · DEBENT · HS · $\overline{\text{VIII}}$ · DCLXXXXII · N · ET · FVNDVM · S · S ·
OBLIGARE
M · VIRIVS · NEPOS · PROFESSVS · EST · PRAEDIA · RVSTICA · DEDVCTO
VECTIGALI · HS · CCCXDXXXXV · N · ACCIPERE · DEBET · HS · $\overline{\text{XXV}}$ ·
CCCLIII · ET · OBLIGARE · FVNDVM · · · (4)

paullo sequioris aetatis est, pertinet enim ad Galli et Volusiani tempora, Statiae Irenes inscriptio, qua monumentum M. Licinio Timotheo se vendidisse indicat:

MONVMENTVM · QVOD · EST · VIA · TRIVMPHALI · INTER · MILIARIVM
SECVNDVM · ET · TERTIVM · EVNTIBVS · AB · VRBE · PARTE · LAEVA
IN · CLIVO · CINNAE · ET · EST · IN · AGRO · AVRELI · PRIMIANI
FICTORIS · PONTIFICVM · C · C · V · V · ET · APPELLATVR
TERENTIANORVM · IVXTA · MONVMENTVM · CLAVDI · QVONDAM
PROCVLI · ET · SI · QVI · ALI · ADFINES · SVNT · ET · QVA · QVEMQVE
TANGIT · ET · POPVLVM · STATIA · IRENE · IVS · LIBERORVM · HABENS

(1) Grut. p. 175. n. 5.
(2) id. p. 181. n. 4.
(3) id. p. 182. n. 6.
(4) Maff. M. V. p. 381.

M · LICINIO · TIMOTHEO · DONATIONIS · MANCIPATIONISQVE · CAVSA
HS · N · L · MANCIPIO · DEDIT · · · (1)

aliae quaedam id genus inscriptiones pro epitaphiis etiam fuisse videntur, ut haec,

POMPEIAE · AXIOTHEAE · EX · TESTAMENTO · EIVS · ARBITRATV · SEX ·
POMPEI · ANTIGONI · DE · HS · XX · (2)

cetera demum exempla a temporis nota aut ab emptoris nomine initium habent, ut ea, quae libro primo descripsimus.

§. II.

APPOSITA EX INDICIBVS EORVM, QVAE LEGATA, DONATA, VENDITA AVT EMPTA

Quia in hujusmodi inscriptionibus illi ipsi quodammodo loquentes inducuntur, qui pecuniam aut rem quamcumque legarunt, donarunt, item qui stipulationem fecerunt; idcirco in his ea tantum apposita a veteribus usurpata, quae propria et perpetua erant. si tamen mentio clarorum virorum obiter facienda fuisset, iis quoque appositis eos ornabant, quae sunt honorariis inscriptionibus adtributa. utrumque autem appositorum genus jam superius indicavimus.

§. III.

VSVS EXEMPLORVM ET IMITATIO

Antiqua exempla, quae exstant, plana omnia et simplicia, ut ea imitari perfacile sit. eorum autem initia hoc aut simili exprimes modo:

C · MARIVS · COTTA · CISIARIVS · VICO · SVBVRRA · SCVTATOS · DX · N · TESTAMENTO LEGAVIT · EX · QVIBVS · · ·

SODALIBVS · SANCTAE · VIRGINIS · HORTENSIS · MARCVS · CALPETANVS · POMARIVS · A PORTA · FLAMINIA · PERISTROMATA · CONCHYLIATA · N · X · AD · TEMPLVM FESTIS · DIEBVS · EXORNANDVM · · ·

QVINCTVS · AVRELIVS · PAVLLI · F · AVIENVS · QVAESTOR · ARCAE · PVB · IIII · VIR · STLITIBVS · IVDICANDIS · II · VIR · REI · PVB · CONSERVANDAE · VILLAM · QVAE NVNC · PVBLICA · EST · ET · CAMPVM · VBI · IVVENTVS · EXERCETVR · MVNICIPIO DONAVIT

LVCIO · AMERINO · IVLIVS · ALLEIVS · TORCVLARIVM · CVM · CELLA · OLEARIA · MANCIPIO DEDIT

OBLIGATIO · FVNDORVM · PVBLICORVM · OB · SC · $\overline{\text{IIII}}$ · DCC · N · VT · EX · CONSTITVTIONE PII · VI · PONT · MAX · PVERI · PATRIMI · MATRIMIQVE · N · XXXX · ROMAE ALANTVR · INSTITVANTVR · QVATERNI · EX · SINGVLIS · OPPIDIS · AGRI · SABINI IN · ANNOS · VI · QVEIS · SACERDOTIA · IN · PATRIA · SVA · SOLIS · HABERE LICEAT

CRVSTVMINI · PROFESSI · SVNT · FVNDVM · AVRELIANVM · DARE · DEBENT · SC · CCCCVII · N · ANNIS · SINGVLIS · PR · K · NOVEMBR ·

FORONOVANI · PROFESSI · SVNT · · ·

(1) Grut. p. 1081. n. 1. (2) Don. Cl. 2. n. 193.

PIO · VI · PONTIFICE · MAXIMO · SODALES · ANTONIANI · EMERVNT · DE · MARCO PILIO · · ·

his et quae sunt hujusmodi usus initiis, facile rem quamlibet ad veterum normam, atque, ut par est, sine ambagibus explicabis. appositis autem raro opus erit, quae perpetua non sint. nisi forte commemorandi ii fuerint, quorum consilio, aut in quorum honorem legatum aliquid donatumve sit: quos sic appellare poteris:

AVCTORE · FLAVIO · MARCIANO · ANTISTITE · SANCTISSIMO
IN · HONOREM · SANCTAE · VIRGINIS · PATRONAE · CAELESTIS
IN · MEMORIAM · CLEMENTIS · XIII · PONT · MAX · OPTIMI · PRINCIPIS · ET · CVM SVMMA · BENIGNITATE · IVSTISSIMI

alia hujusmodi apposita capitibus superioribus, quum opus fuerit, invenies.

CAPVT V.

Initia et apposita ellogiorum

PARS I.

§. I.

INITIA EX ELLOGIIS MAGISTRATVVM

Exempla libro primo protulimus veterum ellogiorum octona numero, quorum non aliud initium est, quam ejus nomen, qui commendatur, recto casu enunciatum:

M' · VALERIVS · VOLVSI · F · MAXIMVS · DICTATOR · AVGVR· · · · (1)
APPIVS · CLAVDIVS · C · F · CAECVS · CENSOR· · · · (2)
L · CAECILIVS · L · F · METELLVS · PONT · MAX· · · · (3)

sic utique cetera inchoata: quamquam perpauca e magistratuum ellogiis integra exstant, praeter ea exempla, quae attulimus.

§. II.

APPOSITA EX ELLOGIIS MAGISTRATVVM

Praeter apposita illa perpetua, quae jam saepius commemoravimus, alia quaedam in magistratuum ellogiis occurrunt laudis caussa usurpata, quae nobis etiam usui esse possint: sunt autem hujusmodi:

PRIMARIVS · BELLATOR · OPTIMVS · ORATOR · FORTISSIMVS · IMPERATOR (4)
DVX · AETATIS · SVAE · CAVTISSIMVS · ET · REI · MILITARIS · PERITISSIMVS (5)
IMPERATOR · APPELLATVS · EX · PROVINCIA · MACEDONIA (6)
PATER · AVGVSTI (7)
CORONA · OBSIDIONALI · DONATVS · IN · AFRICA · TRIBVS · COHORTIBVS SERVATIS (8)

§. III.

VSVS EXEMPLORVM ET IMITATIO

Antiquis primum exemplis utendum nobis esse jam monui, ut Caelitum sanctorum ellogia conficiamus. horum autem nos quoque a nomine initium sumemus:

PAVLLVS · QVI · ET · SAVLVS . DOMO · TARSO · APOSTOLVS · DOCTOR · ORBIS TERRARVM · · ·
POLYCARPVS · AVDITOR · IOANNIS · APOSTOLI · MAGISTER · IRENAEI · EPISC · PONTIFEX MAIOR · ZMYRNAEORVM · · ·
GREGORIVS · GORDIANI · F · MAGNVS · DOCTOR · ECCLESIAE · PONTIFEX · MAXIMVS · · ·

(1) v. inscr. 287. l. 1.
(2) ibid. 288.
(3) ibid. 289.
(4) v. inscr. 289. l. 1.
(5) v. inscr. 290. ib.
(6) v. inscr. 293. ib.
(7) ibid.
(8) v. praef. c. 5. l. 1.

his apposita etiam addentur, quae praecipuas virtutes et res gestas designent, haec puta, aut similia:

CONDITOR · ECCLESIARVM · ASIAE
PROPAGATOR · NOMINIS · CHRISTIANI
MARTYR · FORTISSIMVS
EXEMPLAR · ANTIQVAE · RELIGIONIS
PACATOR · GENTIVM · BARBARARVM
DEFENSOR · SACRAE · LIBERTATIS
AVCTOR · PIETATIS
RESTITVTOR · RITVVM · SACRORVM
DEBELLATOR · HAERETICORVM

Iam ad ellogia Principum aut magistratuum quod attinet, eodem ea modo inchoanda, nisi quod Principis nomini titulus praeponendus est suus:

IMP · CAESAR · KAROLVS · V · AVG · · · ·
REX · PHILIPPVS · P · F · AVG · SAPIENS · · · ·

hos autem et magistratus supremos non modo perpetuis, quae cuique conveniant, appositis ornaveris, sed iis etiam laudibus, quas maxime meruerint:

PATER · PATRIAE
FVNDATOR · PACIS
CONSTITVTOR · REIPVBLICAE
LOCVPLETATOR · CIVIVM
DVX · AETATIS · SVAE · PRAESTANTISSIMVS
AVCTOR · CONSILIORVM · OPTIMORVM
SENATOR · PARTIVM · OPTIMARVM
IVDEX · SANCTISSIMVS · ET · IVSTISSIMVS

his atque aliis hujusmodi appositis virtutes singulorum resque gestae indicari possunt: quae quisque facile excudet, quum opus erit.

PARS II.

§. I.

INITIA EX ELLOGIIS HOMINVM PRIVATORVM

Exempla id genus pauca exstant; eaque ad ceterorum formam expressa videas, unum est, quod libro primo descripsimus, cujus initium a patrio casu:

P · ATILII · P · F · OVF · SEPTICIANI · GRAMMATICI · LATINI · · · (1)

reliqua ab recto incipiunt:

Q · FLAVIVS · Q · F · POLLINVS · PONTIFEX · COLONIAE · SVTRINAE (2)
SEX · ATTIVS · SEX · FIL · VOLT · ATTICVS · VIENN · OMNIBVS · HONORIBVS
IN · PATRIA · SVA · FVNCTVS · FLAMEN · PROV · NARB · (3)

(1) v. insc. 297. (2) Grut. p. 305. n. 10. (3) id. p. 322. n. 9.

§· II·

APPOSITA EX ELLOGIIS HOMINVM PRIVATORVM

Ne in his quidem exemplis omissa munera sunt, quibus in patria quis aut alibi functus esset; sacerdotia item et gradus militares adscripti: itaque quaedam cum magistratuum Romanorum ellogiis certare videntur. at cetera laudis apposita rarius in his legas; neque enim hominum municipalium ea dignitas erat, ut praedicari de his possent, quae de summis illis reipublicae luminibus jamdiu scripta fuerant. sed infimis tamen hominibus quaedam interdum tributae laudes, quibus inter socios aequalesque praestantissimi fuisse perhiberentur: ut Apolausto Trajani liberto, qui appellatur *Maximus Pantomimorum* (1), quemadmodum Theocritus quidam Pylades, scenicus item artifex dictus est *Sui Temporis Primus* (2).

§· III·

VSVS EXEMPLORVM ET IMITATIO

Initium scilicet a nomine cujusque ducemus eorum, quos laudaturi erimus; idque recto aut patrio etiam casu efferetur:

SCIPIO · IOAN · F · MAFFEIVS · MARCHIO · EQVES · CLAVI · AVREA · AB · IMP · AVG ·
EXORNATVS · SODALIS · LITTERARIVS · BEROLINENSIS · SODALIS · PARISIENSIS · AB
INSCRIPT · · · ·

FERDINANDI · ALOISII · KAR · F · MARSILI · COMITI · IN · EXERCITV · AVG · DVCTORIS
ORDINVM · QVI · ·

ea autem apposita usui nunc maxime esse possunt, quibus scientia rei militaris et bonarum artium ac disciplinarum studia celebrentur. in his enim fere ea est gloria, quam privati maximam capere possint. apposita igitur haec et hujusmodi apta erunt:

SEXAGIES · PRAELIATVS · EX · OMNI · PRAELIO · VICTOR · VIGINTI · CICATRICIBVS
ADVERSO · CORPORE · INSIGNIS · NVLLA · IN · TERGO

DONIS · MILITARIBVS · VICIES · DONATVS

TRES · IMPERATORES · IPSIVS · MAXIME · OPERA · TRIVMPHANTES · SEQVVTVS (3)

MILES · STIPENDIORVM · XXX·

AB · IMP · AVG · EX · MILITIA · IN · EQVESTREM · DIGNITATEM · TRANSLATVS

PHILOLOGVS · SVI · TEMPORIS · PRIMVS

MAXIMVS · MATHEMATICORVM

DISERTISSIMVS · IVRIS · CONSVLTORVM

DIVINI · ET · HVMANI · IVRIS · CONSVLTISSIMVS

SCRIPTOR · ET · DOCTOR · BONARVM · ARTIVM

NOBILISSIMVS · MEDICORVM

alia quisque effingat sibi, ut libet, dum et Latinorum scriptorum auctoritatem sequatur, nec a veterum ellogiorum simplicitate nimium recedat.

(1) v. inscr. 299. l. 1. (2) Grut. p. 1024. n. 5. (3) v. Plin. H. N. l. 7. c. 28. n. 29.

PARS III.

§· I·

INITIA EX ELLOGIIS FEMINARVM

Ne haec quidem variant: nomen enim cuique exordium est:

CASPONIA · P · F · MAXIMA · SACERDOS · · · (1)
LABERIA · FELICLA · SACERDOS · MAXIMA · MATRIS · DEVM · M · I · (2)
ATHENAIS · MATER · PHILADELPHI · · · (3)

§· II·

APPOSITA EX ELLOGIIS FEMINARVM

In feminarum ellogiis, quae exstant, haec appositis indicata reperio, cujus quaeque filia esset, cui nupta, quem genuisset, quo aucta sacerdotio. vix tamen credibile est, cetera feminarum decora omnibus in ellogiis omissa: quum ipsae Vestalium honorariae inscriptiones laudibus saepe immodicis plenae sint. alii porro lapides, quantum ego opinione auguror, in apricum aliquando proferentur, qui hunc formularum augeant censum. nunc quidem non alia apposita afferre quis possit, quam haec et hujusmodi:

SACERDOS · CERERIS · PVBLICA · POPVLI · ROMANI · QVIRITIVM (4)
SACERDOS · VENERIS (5)
SACRATA · DEAE · CERERI (6)
VXOR · VETTII · AGORII · PRAETEXTATI · PRAEFECTI · ET · CONSVLIS DESIGNATI (7)

§· III·

VSVS EXEMPLORVM ET IMITATIO

Quoniam nec veterum exemplis abundamus, et in his, quae supersunt, vix aptae nostris argumentis formulae occurrunt; liceat aliquid liberius comminisci, ne illustrium feminarum merita ingloria esse atque indicta patiamur. hae autem et similes adhiberi formulae possint, ut cuique convenient maxime:

MATER · CLEMENTIS · XIII · PONT · MAX ·
FILIA · MARCI · AEMILIANI · SENATORIS
VXOR · CLAVDI · BALBI · PRAEFECTI · EQ · AVG · N ·
MATER · SENATORVM · DVORVM
MATER · FILIORVM · X ·
MATRONA · SANCTISSIMA
MATRONA · FRVGI · MVNIFICA
VIRGO · PVDICA · SAPIENS · RELIGIOSA
FEMINA · INVICTI · ANIMI · OMNIVM · RERVM · HVMANARVM · CONTEMPTRIX
PVELLA · LITTERIS · ET · MVSICIS · ERVDITA
POETRIA · PLVRIMARVM · FABVLARVM
DOCTISSIMA · FEMINARVM
MVLIER · OPTIMA · ATQVE · LAVDEM · OMNEM · SVPERGRESSA

quaedam item apposita ex honorariis inscriptionibus, si libet, et ex epitaphiis petantur. cetera quisque, ut opus erit, excudat.

(1) v. inscr. 300. l. 1.
(2) Spon. Misc. p. 150.
(3) v. inscr. 302. l. 1.
(4) Marm. Romae inv. an. 1778.
(5) v. inscr. 301.
(6) v. inscr. 303.
(7) ibid.

CAPVT VI.

Initia et apposita constitutionum publicarum

PARS I.

§. 1.

INITIA LEGVM ET EDICTORVM

Veterum legum initia plerisque in exemplis desiderantur: nam et aereas tabulas qua ignis absumsit, qua vetustas delevit. quas tamen satis integras accepimus, eae declarant legum omnium exordium illi haud absimile fuisse, quod in Frontini exemplo (1) legitur. nam legis socialis initium, ut ut non exigua ex parte mutilum, ab eo parum differre manifestum est:

C · ANTONIVS · M · F · CN · CORNE · · · · · · FVNDANIVS · C · F · TR · PL · DESS · PLEBEM · · · · · PREIMVS · SCIVIT · · ·
QVEI · THERMESES · MAIORES · PEISIDAE · FVERVNT · QVEIQVE · EORVM LEGIBVS · THERMESIVM · MAIORVM · PISIDARVM · ANTE · K · APRIL · QVAE · FVERVNT · L · GELLIO · CN · LENTVLO · COS · THERMESES MAIORES · PISIDAE · FACTI · SVNT · QVEIQVE · AB · · · · IEIS · PROGNATI SVNT · ERVNT · IEI · OMNES · POSTEREIQVE · EORVM · THERMESES MAIORES · PEISIDAE · LEIBERI · AMICEI · SOCIEIQVE · POPVLEI · ROMANI SVNTO · · · · (2)

in tabula etiam legis, quae de viatorum praeconumque numero augendo lata est, legimus adhuc,

· · · · PRINCIPIVM · FVIT · PRO · TRIBV · · ·
Q · VRB · (3) QVEI · AERARIVM · PROVINCIAM · OBTINEBIT · EAM · MERCEDEM DEFERTO · QVAESTORVE · QVEI · AERARIVM · PROVINCIAM · OBTINEBIT EAM · PEQVNIAM · EI · SCRIBAE · SCRIBEISVE · HEREDIVE · IVS · SOLVITO IDQVE · EI · SINE · FRAVDE · SVA · FACERE · LICETO · QVOD · · · (4)

sed haec vix jam usui esse possunt, sublata legum ferendarum ratione, quae populi Romani fuit. Colonicarum potius legum, quae nunc quoque probari possint, haec a Catone initia habeto:

HAEC · ERVNT · VILICI · OFFICIA · DISCIPLINA · BONA · VTATVR · FERIAE SERVENTVR · · · (5)
OLEAM · PENDENTEM · HAC · LEGE · VENIRE · OPORTET · OLEA · PENDENS IN · FVNDO · VENAFRO · VENIBIT · QVI · OLEAM · EMERIT · · · (6)
HAC · LEGE · VINVM · PENDENS · VENIRE · OPORTET · VINACEOS · ILLVTOS ET · FAECEM · RELINQVITO · · · (7)

PATER · FAMILIAS · VBI · AD · VILLAM · VENIT · VBI · LAREM · FAMILIAREM SALVTAVIT · FVNDVM · EODEM · DIE · SI · POTEST · CIRCVMEAT · SI NON · EO · DIE · AT · POSTRIDIE · VBI · COGNOVIT · QVOMODO FVNDVS · CVLTVS · SIET · OPERAQVE · QVAE · FACTA · INFECTAQVE SIENT · POSTRIDIE · EIVS · DIEI · VILICVM · VOCET · · · (8)

(1) v. inscr. 304. l. 1.
(2) Grut. p. 500.
(3) *Quaestor Vrbanus*,
(4) Grut. p. 628.
(5) v. l. 2. c. 6. §. 2. n. 1.
(6) Cato p. 60. edit. Gryph.
(7) id. ibid.
(8) ibid. p. 2.

Iam edicta, quorum rara sane in marmore aut aere vestigia sunt, ab omine et precatione inchoata diximus, quae tamen veteres scriptores, edicta referentes, omisere: a magistratuum enim nominibus initium duxerunt:

CN · DOMITIVS · AENOBARBVS · L · LICINIVS · CRASSVS · CES · RENVNTIATVM EST · NOBIS · ESSE · HOMINES · QVI · · · (1)

quum autem unius edicti plura interdum essent capita, haec, ut in legibus, singula separatim perscribebant: in edicto aedilium curulium qua parte, inquit Gellius (2), de mancipiis vendundis cautum est, scriptum sic fuit:

TITVLVS · SERVORVM · SINGVLORVM · VTEI · SCRIPTVS · SIT · COERATO ITA · VTEI · INTELLIGI · RECTE · POSSIT · QVID · MORBI · VITIVE QVOIQ · SIT · QVIS · FVGITIVVS · ERROVE · SIT · NOXAVE · SOLVTVS NON · SIT

sunt et quorundam edictorum exempla sine magistratuum nominibus, quod locus ipse, ubi proposita erant, publica auctoritate fixa esse indicaret. horum initia semel libro secundo exposita esse, perquam satis esse possit. addam tamen, quo initio Censores in auspicanda censura populo, ut adesset, edicebant (3):

QVOD · BONVM · FORTVNATVM · FELIXQVE · SALVTAREQVE · SIET · POPVLO ROMANO · QVIRITIVM · REIQVE · PVBLICAE · POPVLI · ROMANI QVIRITIVM · MIHIQVE · COLLEGAEQVE · MEO · FIDEI · MAGISTRATVIQVE NOSTRO · OMNES · QVIRITES · PEDITES · ARMATOS · PRIVATOSQVE · · ·

§. II.

APPOSITA LEGVM ET EDICTORVM

Quum legum atque edictorum argumenta circa rempublicam et civium mores fere versentur, neque in his de cujusquam honoribus, sed de jure potissimum ac de poenis multisve agatur; idcirco ea tantum apposita illustrium virorum, qui cientur, nominibus adjecta videas, quae magistratuum et Principum propria erant atque perpetua: qualia sunt, quae in operum publicorum inscriptionibus occurrunt. si de aliis mentio facta, ii appositis fere carent, aut si habent, ea habent, quae item perpetua dicuntur. sic res quaelibet, sic urbes etiam populique appellati: ut praeter ea, quae sive consuetudinis sive discriminis caussa iterum et tertio interdum usurpata sunt, nihil usquam redundare videatur. nam illa quidem appellationum et cognominum iteratio constitutionum publicarum propria est, ut in sociali lege:

NEI · QVIS · MAGISTRATVS · PROVE · MAGISTRATV · LEGATVS · NEV QVIS · ALIVS · MEILITES · IN · OPPIDVM · THERMESIVM · MAIORVM PISIDARVM · AGRVMVE · THERMENSIVM · MAIORVM · PISIDARVM HIEMANDI · CAVSSA · INTRODVCITO · NEIVE · FACITO · QVO · QVIS EO · MEILITES · INTRODVCAT · QVOVE · IBEI · MEILITES · HIEMENT NISEI · SENATVS · NOMINATIM · VTEI · THERMESIVM · MAIORVM PISIDARVM · IN · HIBERNACVLA · MEILITES · DEDVCANTVR · DECREVERIT · · (4)

ceteris igitur appositis abstinendum est nobis, quaecumque rebus designandis necessaria non sint.

(1) v. inscr. 305. l. 1.
(2) N. A. l. 4. c. 2.
(3) Varro l. 5. L. L. c. 9.
(4) Grut. p. 501.

§· III.

VSVS EXEMPLORVM ET IMITATIO

Adnotavi jam libro superiore, veterum exemplorum ad publicas constitutiones nullum hodie usum esse. itaque veteres formulas privatis legibus edictisque optabimus, quae jamdiu apud multos in deliciis sunt: ut in hortis, in bibliothecis, in scholis saepe legantur. porro eorum initia haec aut hujusmodi esse possunt:

SODALIS · HOSPES · QVI · AD · VILLAM · FABIANAM · VENERIS · VBI · SANCTAM · VIRGINEM CVSTODEM · HORTORVM · SALVTAVERIS · TE · AD · DOMINI · AEDES · SEMITA TECTA · DVCET · IPSA · IBI · MODICO · HOSPITIO · DOMINVS · ACCIPIET · NEC INGRATO · TAMEN · SI · FRVGI · ES · HILARI · ANIMO · SIS · FACITO · ET · PROMPTO AD · IOCANDVM · · · ·

PRAEFECTI · BIBLIOTHECAE · HAEC · ERVNT · OFFICIA · ALTERNIS · DIEBVS · QVI PROFESTI · SIENT · MANE · ADESTO · VIROS · LITTERATOS · QVI · LEGENDI DESCRIBENDI · CAVSSA · VENERINT · OMNES · RECIPITO · · · ·

ADOLESCENS · QVI · STVDIORVM · CAVSSA · LYCEVM · CELEBRAS · HAC · TE · LEGE · QVVM LVDI · PATENT · INTERESSE · OPORTET · A · TEMPLO · VBI · NVMEN · SALVTAVERIS RECTA · IN · LVDVM · PERGITO · MODESTIAM · PVDOREMQVE · SERVATO · TVRBAS NE · EFFICITO · QVI · CVM · TELO · VENERIT · CAPITAL · ESTO · · · ·

Edictorum novorum exempla quaedam habes libro secundo. initiis autem uti liceat hujusmodi:

BONVM · FACTVM · MARCVS · CRISPINVS · QVINCTVS · COMMODVS · II · VIRI · EDICIMVS OMNES · QVI · FRVMENTVM · IN · HORREIS · HABENT · QVANTVM · QVISQVE HABEAT · ANTE · K · FEBRVARIAS · PRIMAS · APVD · QVAESTOREM · ALIMENTARIVM PROFITEANTVR · · · ·

Q · F · F · Q · S · IDIBVS · AVGVSTIS · FERIAE · ERVNT · QVOD · EO · DIE · IMP · CAESAR · · · ·

NE · QVIS · IN · EMPORIO · AGONALI · QVO · DIE · MERKATVS · HABETVR · EO · DIE QVIDQVAM · VENDENDI · CAVSSA · EMAT · NEVE · IN · DIEM · PROXIMVM · CERTO PRETIO · CONDICAT · · · ·

PARS II.

§· I·

INITIA S· C· ET DECRETORVM

Exemplis, quae primo alteroque libro protulimus, quaedam alia accedunt, quorum haec sunt initia:

CN · HOSIDIO · GETA · L · VAGELLIO · COS · X · KAL · OCTOB · S · C · CVM · PROVIDENTIA · OPTVMI · PRINCIPIS · TECTIS · QVOQVE · VRBIS NOSTRAE · ET · TOTIVS · ITALIAE · AETERNITATI · PROSPEXERIT QVIBVS · IPSE · · · (1)

(1) Don. Cl. 2. n. 66.

XIII · K · OCTOBR · PISIS · IN · FORO · IN · AVGVSTEO · SCRIB · ADFVER ·
Q · PETILIVS · Q · F · P · RASINIVS · L · F · BASSVS · M · PVPPIVS
M · F · Q · SERTORIVS · Q · F · PICA · CN · OCTAVIVS · CN · F · RVFVS
A · BALBIVS · A · F · GVTTA
QVOD · C · CANIVS · C · F · SATVRNINVS · II · VIR · V · F · DE · AVGENDIS
HONORIBVS · L · CAESARIS · AVGVSTI · CAESARIS · PATRIS · PATRIAE
PONTIFICIS · MAXSVMI · TRIBVNICIAE · POTESTATIS · XXV · FILII
AVGVRIS · CONSVLIS · DESIGNATI · PRINCIPIS · IVVENTVTIS · PATRONI
COLONIAE · NOSTRAE · Q · D · E · R · F · P · D · E · R · I · C ·
CVM · SENATVS · POPVLI · ROMANI · INTER · CETEROS · PLVRIMOS · AC
MAXSIMOS · HONORES · L · CAESARI · · · (1)
PRIDIE · K · MARTIAS · IN · CVR · SCRIBENDO · ADFVERE · CVNCTI · QVOD
VERBA · FACTA · SVNT · MM · MEMMIOS · RVFOS · PATREM · ET
FILIVM · II · VIROS · ITERVM · · · (2)

addam et initium vetustissimi senatus consulti de Bacchanalibus: cujus quidem forma simplex et usui percommoda, ut ut scriptura nimis antiqua sit:

· · · MARCIVS · L · F · S · POSTVMIVS · L · F · COS · SENATVM
CONSOLVERVNT · N · OCTOB · APVD · AEDEM · DVELONAI · SC · ARF ·
M · CLAVDI · M · F · L · VALERI · P · F · Q · MINVCI · C · F · DE
BACANALIBVS · QVEI · FOIDERATEI · ESENT · ITA · EXDICENDVM
CENSVERE · NEI · QVIS · EORVM · BACANAL · HABVISE · VELET · · · (3)

§. II.

APPOSITA S. C. ET DECRETORVM

In plerisque veterum decretis senatusve consultis non alia apposita legimus, quam quae cujusque propria et perpetua essent. verum si Principis mentio facienda fuisset, aut de clarorum virorum honoribus ageretur; alia quoque adhibita, quibus laudes eorum celebrarentur, ut in Pisano decreto:

CVM · A · D · IIII · NONAS · APRILES · ALLATVS · ESSET · NVNTIVS · C ·
CAESAREM · AVGVSTI · PATRIS · PATRIAE · PONTIF · MAX · SVMMI
CVSTODIS · IMPERI · ROMANI · TOTIVSQVE · ORBIS · TERRARVM
PRAESIDIS · FILIVM · DIVI · NEPOTEM · POST · CONSVLATVM · · · (4)

quo item in decreto Pisani decuriones ipsum C. Caesarem Augusti filium sic ornant:

CRVDELIBVS · FATIS · EREPTVM · POPVLO · ROMANO · IAM · DESIGNATVM
IVSTISSIMVM · AC · SIMILLIMVM · PARENTIS · SVI · VIRTVTIBVS
PRINCIPEM · COLONIAEQVE · NOSTRAE · VNICVM · PRAESIDIVM

de Claudio autem Aug. sic mentio facta in senatus consulto, quod Plinius refert (5), Pallantis liberti laudibus foedo:

SED · QVVM · PRINCEPS · OPTIMVS · PARENSQVE · PVBLICVS · ROGATVS
A · PALLANTE · · ·

in Ferentinatium decreto haec de Trajano usurpata:

QVOD · VNIVERSI · V · F · T · POMPONIVM · BASSVM · CLARISSIMVM
VIRVM · DEMANDATAM · SIBI · AB · INDVLGENTISSIMO · IMP · CAESARE
NERVA · TRAIANO · AVGVSTO · GERMANICO · QVA · AETERNITATI
ITALIAE · SVAE · PROSPEXIT · · · (6)

(1) Noris. Cen. Pis. p. 2.
(2) Reines. Cl. 7. n. 15.
(3) Fabr. p. 427. n. 1.
(4) Reines. Cl. 7. n. 13.
(5) lib. 8. epist. 6.
(6) Grut. p. 456. n. 1.

in Tergestinorum item decreto sic appellatur Fabius Severus, de cujus honoribus agebatur:

CVM · FABIVS · SEVERVS · VIR · AMPLISSIMVS · ADQVE · CLARISSIMVS TANTA · PIETATE · TANTAQVE · ADFECTIONE · REMPVBLICAM · NOSTRAM AMPLEXVS · SIT · · · (1)

ipsis demum municipiis, si nominanda erant, sua cuique apposita addebant: ut in Pisano decreto:

ADEANT · (Augustum) PETANTQVE · AB · EO · VT · COLONIS · IVLIENSIBVS COLONIAE · OBSEQVENTI · IVLIAE · PISANAE · EX · HOC · DECRETO · EA OMNIA · FACERE · EXSEQVIQVE · PERMITTAT

§. III.

VSVS EXEMPLORVM ET IMITATIO

Decreta etiam veterum senatusve consulta, si quando opus erit, facile exprimet, qui consuetudinis retinendae studium remittat, et inanes, quos quidam amant, titulos atque inutilia verba repudiet. horum porro initia ad priscum exemplar in hunc vel similem pones modum:

PAVLLVS · FLAVIANVS · II · VIR · FRVMENTO · EMVNDO · SENATVM · CONSVLVIT · A · D · III · K · DECEMB · ANNO · MDCCLXXVIIII · IN · CVRIA · VETERI · SCRIBENDO ADFVERVNT · CLAVDIVS · PANSA · FAVSTVS · MARCIANVS · LVCIVS · COTTA · S · C · QVVM · ANNONA · IN · DIES · INGRAVESCAT · EAMQVE · NEGOTIATORES FRVMENTARII · QVO · CARIVS · VENDANT · COMPRESSISSE · ARGVANTVR · SENATVI PLACERE · VT · PAVLLVS · FLAVIANVS · II · VIR · FRVMENTO · EMVNDO ANIMADVERTAT · CVRETQVE · VTI · · · ·

VIGINTIVIRI · MVNICIPII · ALLIFANI · IN · AEDES · PVBLICAS · QVVM · CONVENISSENT PLACVIT · VNIVERSIS · DVM · SERGIVS · ORATA · V · C · REI · PVBLICAE CAVSSA · LEGATIONE · FVNGITVR · HONOREM · EI · IVSTISSIMVM · DECERNI · VT · · ·

XI · K · IVN · ANNO · MDCCLXXVIIII · VITERBII · IN · CVRIA · SCR · ADFVER · CVNCTI · QVOD VERBA · FACTA · SVNT · DE · AVGENDIS · HONORIBVS · IOAN · BAPTISTAE · FAVRAE VIRI · OPTIMI · CVIVS · STVDIO · DOCTRINA · SCRIPTIS · MAIESTAS · ET · DIGNITAS MVNICIPII · NOSTRI · ADSERTA · VINDICATA · EST · D · E · R · I · C · PLACERE HVIC · ORDINI · VT · · ·

PIO · VI · PONTIFICE · MAXIMO · ANNO · MDCCLXXVIIII · QVOD · LVCIVS · MARIVS MODESTVS · II · VIR · VERBA · FECIT · DE · IIS · QVI · CVRATORES · MVRIS REFICIENDIS · EX · CONSENSV · ORDINIS · A · II · VIRIS · NOMINATI · SVNT ORDINANDIS · D · E · R · Q · F · P · D · E · R · I · C · PLACERE · · ·

neque vero negligenda apposita, praesertim si de Principe ornando agatur: quae Egizius plura congessit in id decretum, quod Neapoli scripsit:

QVOD · RESTAINVS · CANTELMVS · POPVLENSIVM · DVX · PRAEF · VIAR · VERBA FECIT · DE · NOVIS · HONORIBVS · DECERNENDIS · PHILIPPO · V · BORBONIO LVDOVICI · DELPHINI · F · LVDOVICI · MAGNI · GALLIARVM · REGIS · N · LVDOVICI IVSTI · PRON · HENRIC · M · ABNEP · HISPANIAR · NEAP · SICIL · ET · INDIAR ·

(1) Grut. p. 408. n. 1.

REGI · POTENTISSIMO · CATHOL · PIO · FEL · VICTORI · RESTITVTORI · REIP · PATRI · MILITVM · FVNDATORI · PACIS · AETERNAE · QVID · DE · EA · RE · FIERI PLACERET · D · E · R · I · C · (1)

quaedam etiam apposita privatis viris apte conveniunt, ut oratoribus, historicisve illustribus et hujusmodi:

PLACERE · HVIC · ORDINI . VT · MARCO · AVIDIENO · ORATORI · SVMMO · ET · DE · RE PVBLICA · OPTIME · MERITO · STATVA · IN · FORO · PONATVR · · ·

QVVM · FLAVIVS · PACATVS · SCRIPTOR · AETATIS · SVAE · POLITISSIMVS · ET DOCTISSIMVS · OMNI · MONVMENTORVM · GENERE · PATRIAM · CIVESQVE · SVOS CONSECRAVERIT · IDEMQVE · AD · IVVENTVTIS · INSTITVTIONEM · BIBLIOTHECAM DOMI · APERVERIT · ET · OPTIMIS · QVIBVSQVE · LIBRIS · INSTRVXERIT · SENATVI PLACERE · · ·

alia demum apposita e capite secundo petas licet, in quo de honorariis inscriptionibus actum est. pleraque enim ex iis, quae eo loco protulimus, saepe in his quoque argumentis usui esse possunt.

PARS III.

§· I.

INITIA E TABVLIS, QVAE SVNT FOEDERVM ET HOSPITIORVM

Foederum tabulis idem omnibus exordium fuisse, libro secundo indicavi, Polybii usus auctoritate, veterum foederum exempla aliquot non alio initio recitantis, quam quo foedus illud Asiaticum perscriptum est:

AMICITIA · REGI · ANTIOCHO · CVM · POPVLO · ROMANO · HIS · LEGIBVS ET · CONDITIONIBVS · ESTO

porro foederum, quae post ea tempora sancita sunt, Latinum exemplum exstare nullum puto. nec jurisjurandi aliae mihi notae formulae praeter eas, quas primo secundoque libro protuli, quasque Livius tibi sufficere potest.

Iam Hospitiorum tabulas a consulibus semper veteres inchoarunt:

NERONE · CLAVDIO · CAESARE · AVG · GER · II · CAESIO · MARTIALE · COS · VIII · IDVS · DECEMBRIS · CIVITAS · POMPEIONENSIS · HOSPITIVM RENOVAVIT · CVM · L · POMPEIO · L · F · ANI · PRIMIANO · · · (2)

M · LICINIO · CRASSO · L · CALPVRNIO · PISONE · IIII · K · MAIAS GENTILITAS · DESONCORVM · EX · GENTE · ZOELARVM · HOSPITIVM VETVSTVM · ANTIQVOM · RENOVAVERVNT · EIQVE · OMNES · ALISALIVM IN · FIDEM · CLIENTELAMQVE · SVAM · SVORVMQVE · LIBERORVM POSTERORVMQVE · RECEPERVNT · · · (3)

at tabula aevi Constantiniani hoc habet initium:

FELICITER · DD · NN · CRISPO · ET · CONSTANTINO · NOBB · CAESS · IT · COSS · X · KAL · MAI · QVOD · Q · ARADIVM · VAL · PROCVLVM · V · C · PRAESIDEM · PROV · VAL · BYZ · FAVSTIANENSES · PATRONVM COOPTARENT · CVM · LIBERIS · POSTERISQVE · EIVS · · · (4)

(1) Egiz. Opusc. p. 396.
(2) Spon. Misc. p. 278.
(3) id. ibid.
(4) Grut. p. 365. n. 1.

§· II·

APPOSITA E TABVLIS, QVAE SVNT FOEDERVM ET HOSPITIORVM

Excipe perpetuas magistratuum appellationes, perraro in his apposita legas alia: vix enim locus erat. quae laudis sunt, ea certe nusquam apparent, nisi ubi veteres Deos suos compellarint, ut in Ariliensium jurejurando:

TVM · ME · LIBEROSQVE · MEOS · IVPITER · OPTIMVS · MAXIMVS · AC · DIVVS AVGVSTVS · CAETERIQVE · OMNES · DI · IMMORTALES · EXPERTEM PATRIA · INCOLVMITATE · FORTVNISQVE · OMNIBVS · FAXINT (1)

in exemplis, quae sequiori aetate scripta, illustrium coloniarum, quae cum Romanis senatoribus hospitium fecissent, non pauca occurrunt apposita; sed ea quoque perpetua erant:

COLONI · COLONIAE · CONCORDIAE · VLPIAE · TRAIANAE · AVGVSTAE FRVGIFERAE · HADRVMETINAE · Q · ARADIVM · VALERIVM · · · (2)
DECVRIONES · ET · COLONI · COLONIAE · AELIAE · AVGVSTAE · MERCVRIALIS THAENIT · CVM · Q · ARADIO · · · (3)

§· III·

VSVS EXEMPLORVM ET IMITATIO

Non inter urbes solum et populos, quibus aliae jam formulae sunt, alia vocabula, sed inter litteratorum etiam societates foedus esse aliquod potest: atque hos quidem a veteri forma et dictione quamminimum recedere par est, ne ipsi etiam priscam illam Latini sermonis elegantiam et quasi proprietatem repudiasse videantur. itaque si binae litteratorum societates foedus junxerint, et quae antiquior, ea leges alteri dederit, foederis hujus tabulas inchoare sic poteris:

AMICITIA · SODALIBVS · LITTERARIIS · SENENSIBVS · CVM · SODALIBVS · LITTERARIIS BONONIENSIBVS · HIS · LEGIBVS · ET · CONDITIONIBVS · ESTO · NOMEN EXISTIMATIONEMQVE · SODALIVM · LITTERARIORVM · BONONIENSIVM · SODALITAS LITTERARIA · SENENSIS · NE · OPPVGNATO · QVAE · RES · IN · CONTROVERSIAM DEDVCENTVR · DE · HIS · PER · EPISTOLAS · QVAERITO · ET · AEQVO · IVRE DISCEPTATO · · · ·

ad exemplar autem jurisjurandi Ariliensium verba concipi ejus juramenti possunt, quo nunc magistratus municipales fidem suam Principi obligant, eaque hoc initio:

FABIO · ALIENO · V · C · PRAEFECTO · MVNICIPII · IVSIVRANDVM · ASCVLANORVM · EX MEI · ANIMI · SENTENTIA · VT · EGO · HOSTIVM · LOCO · HABEBO · QVOS · D · N · PIO · VI · PONT · MAX · HOSTES · ESSE · COGNOVERO · ET · SI · QVIS · · · ·

quibus autem verbis jusjurandum subscribi tabulis foederum possit, expressi jam libro secundo. atque ibidem tabulae hospitalis inter sodales Romanos et Perusinos exemplum invenies. si hospitium autem veteri more duas inter gentes factum exponi oporteat, una etiam formula sine pacti mutui iteratione adhiberi possit, hoc aut simili modo:

(1) v. inscr. 313. l. 1. (2) Grut. p. 362. n. 2. (3) id. p. 363. n. 3.

PIO · VI · PONT · MAX · ANNO · MDCCLXXVIIII · IDIBVS · MAIIS · GENS · FABIA · ROMANA HOSPITIVM · FECIT · CVM · GENTE · FOLLIA · ARIMINENSI · IPSAMQVE · ET · LIBEROS POSTEROSQVE · EORVM · IN · FIDEM · CLIENTELAMQVE · SVAM · ET · LIBERORVM POSTERORVMQVE · RECEPIT · · · ·

sed haec frustra persequor: neque enim ut verba et formulae, sic mores etiam antiquorum atque instituta revocari nunc aut in honore esse possunt.

PARS III.

§. I.

INITIA E RESCRIPTIS ET DIPLOMATIBVS IMPERATORVM

Vnum idemque omnibus sive rescriptis sive diplomatibus initium est a nomine Principis. quin ipsi etiam praetores proconsulesque, si cui quid, cognita caussa, rescriberent, nomen item suum initio ponebant: ut apud Sponium:

CLAVDIVS · QVARTINVS · II · VIRIS · POMPEI · SALVTEM · ET · IVS MAGISTRATVS · VESTRI · EXEQVI · ADVERSVS · CONTVMACES · POTESTIS ET · NIHILOMINVS · QVI · CAVTIONIBVS · ACCIPIENDIS · DESVNT · SCIANT · · (1)

ipsis vero epistolis, quae Principis nomini titulisque subjectae sunt, alia aliis initia adtributa, nec certae unquam formulae adsignatae. contra diplomata post titulos Principis nomina habent eorum, qui beneficium a Principe acceperunt: quamquam haec generatim tantum enunciata legimus. diplomatis Claudii Aug. quo non aliud antiquius in lucem hactenus prodiit, hoc est exordium:

TI · CLAVDIVS · CAESAR · AVGVSTVS · GERMANICVS · PONTIFEX · MAXIM · TRIB . POTESTATE · XII · IMP · XXVII · PATER · PATRIAE · CENSOR COS · V · TRIERARCHIS · ET · REMIGIBVS · QVI · MILITAVERVNT · IN CLASSE · QVAE · EST · MISENI · SVB · TI · IVLIO · AVGVSTI · LIB · OPTATO · ET · SVNT · DIMISSI · HONESTA · MISSIONE · QVORVM NOMINA · · · (2)

simile huic diploma alterum a Vespasiano,

IMP · VESPASIANVS · CAESAR · AVGVST · TRIBVNIC · POTEST · COS · II · VETERANIS · QVI · MILITAVERVNT · IN · LEG · II · ADIVTRICE · PIA FIDELE · QVI · VICENA · STIPENDIA · AVT · PLVRA · MERVERANT · ET SVNT · DIMISSI · · · (3)

neque his ab exemplis cetera differunt, quae jam plura exstant: excipe Philipporum Augustorum diploma, in quo et uterque Augustus legitur, et post utriusque titulos alia formula, hoc pacto·

IMP · CAES · M · IVLIVS · PHILIPPVS · PIVS · FEL · AVG · PONT · MAX · TR · POT · V · COS · III · P · P · PROCOS · IMP · CAES · M · IVLIVS PHILIPPVS · FEL · AVG · PONT · MAX · TRIB · POT · II · COS · II · P · P · NOMINA · MILITVM · QVI · MILITAVER · IN · COHORTIBVS · PRAETOR · PHILIPPIANIS · DECEM · I · II · III · IIII · V · VI · VII · VIII · VIIII · X PIIS · VINDICIBVS · QVI · PIE · ET · FORTITER · MILITIA · FVNCTI SVNT · IVS · TRIBVIMVS · CONVBII · · · (4)

(1) Spon. Misc. p. 278.
(2) Erc. Acad. Br. t. 1. p. 39.
(3) ibid. p. 43.
(4) Maff. M. V. p. 325. n. 1.

§. II.

APPOSITA E RESCRIPTIS ET DIPLOMATIBVS IMPERATORVM

Qvae quidem apposita Principis nomini subjiciuntur, ea omnia, quum ipse loquens inducatur, perpetuorum e genere sunt: ut quae modo protuli, exempla indicant. at ubi clarorum virorum illata mentio sit, jam et aliis eos appositis ornatos et cum honore a Principe appellatos videmus. in Domitiani rescripto leges,

ADHIBITIS · VTRIVSQVE · ORDINIS · SPLENDIDIS · VIRIS (1)

et paullo inferius,

DIVI · AVGVSTI · DILIGENTISSIMI · ET · INDVLGENTISSIMI · ERGA QVARTANOS · SVOS · PRINCIPIS · EPISTVLA

in appellandis legionibus cohortibusque nunquam earum cognomina omissa: quae item Classibus aliquando imposita: itaque in Domitiani diplomate legimus,

IIS · QVI · MILITANT · IN · CLASSE · FLAVIA · MOESICA · QVAE · EST · SVB SEX · OCTAVIO · FRONTONE (2)

at haec ipsa cognomina perpetua erant, nec honoris magis, quam discriminis caussa usurpabantur. reliquae vero dictionis apposita nulla sunt, et oratio probata est, quae simplex omnino atque ornamenti expers, unam Principis sententiam dilucide exponeret.

§. III.

VSVS EXEMPLORVM ET IMITATIO

Rescriptorum atque diplomatum initia quae esse debeant, quum a Principe dantur, satis liquet: a nomine enim Principis incipiendum est, cui in rescriptis salutatio subjicitur:

PIVS · VI · PONT · MAX · SALVTEM · DICIT · SENATVI · POPVLOQVE · BONONIENSI · · · ·

contra in diplomatis nomina adscribuntur, eorum, qui beneficium acceperunt:

PIVS · VI · PONT · MAX · CVBICVLARIIS · QVI · SVFFRAGIORVM · TEMPORE · PATRIBVS CARDINALIBVS · AD · CONCLAVE · VATICANVM · APPARVERVNT · IMMVNITATEM ET · IN · LATINO · MVNICIPIO · DECVRIONATVM · DEDIT · QVORVM · NOMINA etc.

si quem forte Princeps Decurionibus commendaverit, auctorque fuerit, ut in ordinem cooptaretur; non id silentio praetermittendum erit, sed diplomatis initio sic explicandum:

EX · AVCTORITATE · PII · VI · PONT · MAX · ORDO · DECVRIONVM · FANESTRIVM · Q · CLAVDIO · FELICI · QVI · IN · MILITIA · VRBANA · ORDINES · DVXIT · CIVITATEM ET · HONOREM · DECVRIONATVS · GRATVITVM · DEDIT · · · ·

alia cooptationis in patres exempla habes libro secundo. ubi autem clari viri appellandi fuerint, appositis utemur, quae cuique convenient, qualia capitibus superioribus expo-

(1) v. inscr. 316. l. 1. (2) Grut. p. 575. n. 1.

suimus: parcius tamen in diplomatis, quam in rescriptis; nam diploma vix alia recipit, quam quae propria et perpetua: in rescripto iis etiam locus est, quae laudis caussa adscribuntur.

PARS V.

§. I.

INITIA EX INSCRIPTIONIBVS MENSVRARVM ET PONDERVM PVBLICORVM

Inscriptionum id genus exempla exstant quaedam initio a temporis nota ducto, id est a consulibus:

TIB · CLAVDIO · CAES · AVG · IV · L · VITELLIO · III · COS· · · · (1)
IMP · CAES · VESPAS · VI · T · CAES · AVG · F · IIII · COS· · · · (2)

at in aliis primum leges, quo loco pondus exactum esset:

EXAC · IN · CAPIT · Q · FABIO · MAXIMO · IIII · M · CLAVDIO · MARCELLO
P · XX · (3)

in aliis Princeps tantum enunciatur aut Praefectus Vrbis:

EX · AVCTORITATE · CAES · M · AVR · ET · L · VER· · · · (4)
EX · AVC · Q · IVN · RVS · PR · VR· (5)

quaedam alia urbanos aut municipales magistratus referunt:

D · IVNIVS · L · F · SILANVS · L · LVCRETIVS · L · F · TRICIPITINVS · Q ·
VRB · S · C · (6)
C · VMBRIVS · EVDRASTVS · FORTVNATVS · IIII · VIR · MENSVRAS · · · · (7)

saepe librarum aut unciarum numerus in superficie ponderum expressus, et locus etiam, quo servarentur archetypa:

V · AD · AVGVST · TEMP · C · P · (8)
: : AD · AVGVS · TEMP · C · D · (9)

extremae autem litterae sic fortasse legendae, *Caesaris Permissu*, *Caesaris Decreto*, quod idem, atque *Ex Auctoritate Caesaris*.

§. II.

APPOSITA EX INSCRIPTIONIBVS MENSVRARVM ET PONDERVM PVBLICORVM

Qvae antiquis in exemplis occurrunt, omnia propria sunt et perpetua, ut Augustorum tituli et magistratuum, item Deorum, ut illud *Templi Opis Augustae* (10). quaedam ad mensurarum genus pertinent, ut *Mensurae Oleariae* (11), vel publicam

(1) v. inscr. 324. l. 1.
(2) v. inscr. 320. l. 1.
(3) Spon. Misc. p. 303.
(4) id. ibid.
(5) Grut. p. 221.
(6) v. inscr. p. 323. l. 1.
(7) v. inscr. 321. l. 1.
(8) Grut. p. 221.
(9) id. p. 222. n. 2.
(10) v. inscr. 326. l. 1.
(11) v. inscr. 322. l. 1.

auctoritatem designant, ut *Exactae In Capitolio*. alia apposita frustra quaeras: neque enim his veteres sine caussa aut intempestive utebantur.

§· III·

VSVS EXEMPLORVM ET IMITATIO

Si quis vel in mensuris ponderibusque antiquitatis amet speciem, hisce inscriptionum uti possit initiis:

PIO · VI · PONTIFICE · MAXIMO · P · X ·
EX · AVCTORITATE · PII · VI · P · M · P · XX ·
M · FVLVIVS · PRAEF · AED · POT ·

ac Romae quidem illa etiamnum locum habent,

EXACT · IN · CAPIT ·

quod si mensurae ponderaque uni addicta loco fuerint, inde etiam tituli initium sumi possit,

AD · MENSAM · PIGNERAT ·
AD · HORR · PVB ·

eademque inscriptio in iis quoque mensuris ponderibusque esse poterit, quae ad haec quis exacta habeat. quod si mensurarum aut ponderum archetypa publica auctoritate refecta fuerint: quae subinde ad ea exigentur, annum referant, oportebit, quo exacta fuerint, aut certe magistratus nomen, qui novum exemplar proposuerit.

PARS VI·

§· I·

INITIA E DECRETIS ACTISQVE COLLEGIORVM

Decreta collegiorum eodem fere initio inchoata, quo decreta municipiorum:

C · DOMITIO · DEXTRO · II · L · VALERIO · MESSALA · THRASEA · PRISCO COS · VI · IDVS · IANVAR · IN · CVRIA · BASILICAE · AVG · ANNIAN · SCRIBVNDO · ADFVERVNT · A · AQVILIVS · PROCVLVS · M · CAECILIVS PVBLICIVS · FABIANVS · T · HORDEONIVS · SECVND · VALENTINVS · T · CAESIVS · BASSIANVS
QVOD · POSTVLANTE · CN · GAIO · PVDENTI · O · V · (2) DE · FORMA INSCRIPTION · DANDA · STATVAE · QVAM · DENDROPHOR · OCTAVIO AGATHAE · P · C · N · (2) STATVERVNT · CN · PAPIRIVS · SAGITTA · ET P · AELIVS · EVDAEMON · II · VIR · RETTVLERVNT · Q · D · E · R · F · P · D · E · R · I · C · PLACVIT · VNIVERSIS · HONESTISSIM · CORPORIS DENDROPHORORVM · INSCRIPTIONEM · QVAE · · · (3)

aliud tamen initium habes in altero ex iis exemplis, quae libro primo prolata sunt: de quo aliquid secundo libro dictum est.

(1) *Optimo Viro*. (2) *Patrono Collegii Nostri*. (3) Grut. p. 444. n. 2.

Acta collegiorum integra nusquam vidi: partes multorum exstant multae. horum fortasse idem erat exordium, atque actorum municipalium fuit (1):

COMMENTARIVM · COTTIDIANVM · COLLEGI · FABRVM · TIGNARIORVM

singulae autem actorum partes a nota temporis initium sumunt, quod libro secundo jam attigi:

GRATO · ET · SELEVCO · COS · VII · ID · MAI · PIACVLVM · FACTVM · MAG · II · FL · ARCHELAI · · · (2)
CN · LENTVLO · GAETVLICO · T · CVRTILIO · MAG · F · A · III · IDVS DECEMBR · IN · SACRA · VIA · P · MEMMIVS · REGVLVS · · · (3)

§. II.

APPOSITA E DECRETIS ACTISQVE COLLEGIORVM

In collegiorum decretis non apposita solum perpetua veteres usurparunt, sed, quum de alicujus honoribus agebatur, ceteris etiam usi sunt, quae laudis caussa adhibentur: eaque illis maxime tribuerunt, quorum gratia decreta facerent: interdum et iis, quos illi cognatione attingerent. sunt autem hujusmodi:

HONESTVS · VIR (4)
OPTIMVS . VIR (5)
VIR · ET · VITA · ET · MODESTIA · ET · INGENITA · VERECVNDIA · ORNATVS ET · LIBERALIS (6)
PATRONVS · COLLEGI · NOSTRI (7)
MATER · COLLEGI (8)
OB · MEMORIAM · FL · APOLLONI · PROC · AVG · QVI · FVIT · A · PINACOTHECIS ET · CAPITONIS · AVG · L · ADIVTORIS · EIVS · MARITI · SVI · OPTIMI PIISSIMI (9)
VTILIS · REI · PVBLICAE · ET · AMATOR · MVNICIPI (10)

contra in actis collegiorum non alia invenies apposita, quam quae propria sunt et perpetua, quibus nempe gradus cujusque et munera designabantur. quippe nihil ceteris erat opus, quod acta, memoriae tantum retinendae caussa, scriberentur.

§. III.

VSVS EXEMPLORVM ET IMITATIO

Novi decreti exemplum libro secundo integrum proposui. in eum modum alia exprimi facile possunt, initiis hujusmodi:

PIO · VI · PONTIFICE · MAXIMO · ANNO · PRINCIPATVS · EIVS · V · K · APRILIBVS · IN SCHOLA · SODALIVM · EVCHARISTICORVM · SCR · ADFVERE · FLAVIVS · CORIPPVS ANTONIVS · FESTVS · IVVENCIVS · STELLA
QVOD · MARIVS · LOLLIANVS · V · F · DE · COLLEGIO · IVNIORIBVS · SVPPLENDO · D ·

(1) v. Grut. p. 214. n. 1.
(2) Marin. Mon. Fr. Arv. p. CLXIV.
(3) Don. Cl. 9. n. 30.
(4) Grut. p. 1101. n. 1.
(5) id. p. 444. n. 2.
(6) Murat. p. 563. n. 1.
(7) Grut. p. 444. n. 2.
(8) Fabr. p. 724. n. 443.
(9) id. ibid.
(10) Fabr. p. 463. n. 95.

E · R · I · C · PLACERE · COLLEGIO · VT · CORNELIVS · CELSVS · MAG · QVI · IN NVMERVM · NOSTRVM · NOMINA · DEDERINT · DABVNT · DE · HIS · ANTE · K · MAIAS · PRIMAS · AD · COLLEGIVM · REFERAT · · · ·

ANNO · MDCCLXXVIIII · IDIBVS · IVNIIS · NATALI · COLLEGI · NOSTRI · SCRIB · ADFVERVNT · CVNCTI

QVOD · V · F · SVNT · DE · VALETVDINARIIS · APERIENDIS · D · E · R · I · C · QVVM EO · CONSILIO · COLLEGIVM · NOSTRVM · A · MAIORIBVS · CONSTITVTVM · SIT VT · QVAE · PECVNIA · EX · HEREDITATIBVS · REDIGERETVR · EAM · · SINE · VLLA DEDVCTIONE · IN · EGENORVM · SVBSIDIVM · IMPENDEREMVS · OB · EAM REM · · ·

qui autem de collegio optime meriti, eos si appellandi fuerint, appositis ornabis hujusmodi:

QVOD · LVCIVS · ATTEIVS · V · C · PATRONVS · COLLEGII · NOSTRI · EA · SEMPER VOLVNTATE · ERGA · NOS · FVERIT · · · ·

QVVM · INDVLGENTIA · PII · VI · PONT · MAX · OPTIMI · PRINCIPIS · SODALITAS NOSTRA · IN · AMPLISSIMO · STATV · COLLOCATA · SIT · · ·

Acta vero si scribenda fuerint, hoc, opinor, aut simili uti exordio possis:

COMMENTARIVM · SODALIVM · ANTONIANORVM · AN · MDCCLXXVIIII · K · IANVARIIS TITVS · ROLLIVS · MARCVS · PETREIVS · MAG · SODALES · IN · SCHOLA · CORROGAVERVNT VBI · AVRELIVS · TITIANVS · PETIIT · VT · SIBI · · · ·

PRIDIE · IDVS · IANVAR · IN · SCHOLA · FREQVENTES · ADFVERE · ACTVM · EST · DE FAMOSIS · COLLEGIO · MOVENDIS · ET · ITA · DECREVERVNT · QVOD · CLAVDIVS TINCA · FABIVS · RVLLVS · · · ·

sic cetera exponenda, annis diebusque praescriptis, quibus singula acta sint.

Hactenus de inscriptionum initiis appositisque. si quis nonnulla jejune tractata queratur, sciat formularum exiguum numerum et exemplorum veterum egestatem in culpa esse. nam ea tantum proponi debebant, quae antiqua esse constaret.

CAPVT VII.

Munerum publicorum ac dignitatis, generis, ordinis appellationes

Raro fit, ut inscriptionem, cujuscumque ea generis fuerit, sine ulla muneris officiive appellatione conficiamus. ii enim potissimum hodie in titulis nominantur, qui ad rempublicam accesserunt, qui sacerdotiis aucti sunt, qui insigne aliquid et illustre tractant. quare hoc caput non modo cuique generi commune erit, sed etiam inscriptionibus prope singulis utilissimum. ac ne quid desiderares, id quoque curae mihi fuisse invenies, ut vel ad infimorum hominum titulos, artium etiam officiorumve minorum proprias appellationes exponerem: tum ne eas quidem negligerem, quibus auctores monumentorum generatim enunciarentur. nolim tamen hic a me omnia requiras; sed iis contentus ut sis, quae nostris muneribus, nostris artibus aptari facile possint: neque enim id recepi, ut inscriptionum veterum formulas explicarem omnes; sed ut ostenderem, quae in plerisque huic aetati, his moribus, qui nunc sunt, maxime convenirent. nec vero scriptores titulorum postulare a me aliud poterant, quibus id unum opus esset, ut novarum rerum adfines appellationes et certa nomina e veterum penu deprompta et parata haberent. quos ego demum, hoc suscepto labore, faciles bonosque copiolis nostris uti velim. equidem sic existimo, quamquam nomina quaedam barbara, quod Latinum non est idoneum, ferenda sunt, eos tamen peccare plurimum, qui uti barbaris malint, quum Latina non desunt.

PARS I.

MVNERA PVBLICA

Tvllium sequutus (1) munerum publicorum partitionem hanc faciam, ut primum eas appellationes proponam, quae ad sacerdotia, deinde quae ad magistratus, denique quae ad curationes pertinent; quibus in rebus et Dei immortalis religio et hominum jura continentur.

§. 1.

SACERDOTIA

PONTIFEX · MAXIMVS (2)
PONTIFEX · MAIOR (3)
PONTIFEX · MINOR (4)
PONTIFEX (5)
PONTIFEX · ALBANVS (6)
PONTIFEX · DESIGNATVS (7)
PONTIFEX · LAVRENTINORVM (8)
PONTIFEX · COLONIAE · SVTRINAE (9)
ANTISTES · SANCTI · SILVANI (10)

(1) l. 2. in Verr. c. 51. n. 125.
(2) passim in tit. Impp.
(3) Grut. p. 360. n. 4.
(4) id. p. 426. n. 5.
(5) id. p. 21. n. 6. etc.
(6) id. p. 235. n. 8.
(7) id. p. 244. n. 1.
(8) id. p. 403. n. 5.
(9) id. p. 305. n. 10.
(10) id. p. 318. n. 9.

ANTISTES · SACERDOTVM · TEMPLI · MARTIS (1)
MAGISTER · FANI · DIANAE · TIFATINAE (2)
PRAEFECTVS · SACRORVM (3)
SACERDOS · ARAE · AVGVSTI · NOSTRI (4)
XV · VIR · SACRIS · FACIVNDIS (5)
SACERDOS · PRIMVS · CORPORIS · AVGVSTALIVM (6)
SACERDOS · IVVENTVTIS · BRIXIANORVM (7)
CVRIO · MAXIMVS (8)
CVRIO (9)
CVRIO · MINOR (10)
SACERDOS · AD · TEMPLVM · ROMAE · ET · AVGVSTORVM (11)
SACERDOS · COLLEGI · IVVENVM · BRIXIANORVM · PRIMVM · INSTITVTI (12)
A · SACRIS · D · N · AVGVSTI (13)
CORONATVS · DAC · III · (14) sacerdos nempe Dacicus tertium e primis.

§· IĪ·

MAGISTRATVS

PRAEFECTVS · VRBIS vel VRBI (15)
PRAEFECTVS · CEIVITATIVM · QVAE · SVBSCRIPTAE · SVNT · SEGOVIORVM SEGVSINORVM · BELACORVM · · · (16)
PRAEFECTVS · REGIS vel REGIVS (17)
PRAEFECTVS · IVVENTVTIS (18)
PRAEFECTVS · AERARII (19)
PRAEFECTVS · ANNONAE (20)
PRAEFECTVS · ALIMENTORVM · PER · AEMILIAM (21)
PRAEFECTVS · FRVMENTI · DANDI · EX · S · C · (22)
PRAEFECTVS · IVRI · DICVNDO (23)
PRAEFECTVS · IVRI · DICVNDO · AB · DECVRIONIBVS · CREATVS (24)
PRAEFECTVS · VLVBRIS · IVRE · DICVNDO (25)
PRAETOR · VRBANVS (26)
PRAETOR · CANDIDATVS (27)
PRAETOR · DESIGNATVS (28)
PRAETOR · INTER · CIVES · ET · PEREGRINOS (29)
PRAETOR · TVTELARIVS · CANDIDATVS · AVGG · (30)
PRO · PRAET · PANNONIAE · SVPERIORIS (31)
PRO · PR · PROVINCIAR · MOESIAE · SVPER · PONTI · ET · BITHYNIAE (32)
PRAESES · ALPIVM (33)
PRAESES · PROVINCIAE · SARDINIAE (34)
LEGATVS · PRO · PRAETORE · PROVINCIAE · BELGICAE (35)
LEGATVS · AVGVSTI · PER · PROVINCIAM · GALATIAM (36)
LEGATVS · AVGVSTORVM · PRO · PRAETORE · PROV · PANNONIAE INFERIORIS (37)
PROLEGATVS · PROVINCIAI · RAITIAI · ET · VINDELIC · ET · VALLIS POENIN · (38)
QVAESTOR · PROVINCIAE · NARBONENSIS (39)

(1) Grut. p. 317. n. 7.
(2) Fabr. p. 460. n. 88.
(3) Reines. Cl. 1. n. 270.
(4) Maff. M. V. p. 248. n. 5.
(5) id. p. 95. n. 4.
(6) Grut. p. 372. n. 7.
(7) id. p. 455. n. 2.
(8) Liv. l. 27. c. 8. n. 6.
(9) Grut. p. 323. n. 9.
(10) id. p. 305. n. 4.
(11) id. p. 320. n. 8.
(12) Oderic. p. 104. n. 4.
(13) Grut. p. 121. n. 1.
(14) Maff. M. V. p. 248. n. 5.
(15) Grut. p. 381. n. 3. etc.
(16) Maff. M. V. p. 234.
(17) Liv. l. 36. c. 14. n. 21. etc.
(18) Fabr. p. 242. n. 656.
(19) Grut. p. 214. n. 1.
(20) id. p. 426. n. 5.
(21) id. p. 1097. n. 7.
(22) id. p. 188. n. 1.
(23) id. p. 45. n. 9.
(24) id. p. 195. n. 4.
(25) Don. Cl. 5. n. 46.
(26) id. ibid. n. 219.
(27) id. ibid. n. 63.
(28) id. ibid. n. 18.
(29) Grut. p. 493. n. 1.
(30) Maff. M. V. p. 252. n. 3.
(31) Don. Cl. 6. n. 16.
(32) id. ibid.
(33) Grut. p. 493. n. 6.
(34) id. p. 487. n. 6.
(35) id. p. 430. n. 5.
(36) id. p. 407. n. 1.
(37) id. p. 372. n. 8.
(38) id. p. 376. n. 6.
(39) id. p. 381. n. 1.

QVAESTOR · VRBANVS (1)
DVVMVIRI · CAPITALES (2)
TRIVMVIRI · AVRO · ARGENTO · AERI · FLANDO · FERIVNDO (3)
TRIVMVIR · REI · PVBLICAE · CONSTITVENDAE (4)
QVATVORVIR · IVRI · DICVNDO (5)
DVVMVIR · IVRI · DICVNDO · TERGESTE (6)
DVVMVIR · QVINQVENNALIS (7)
QVATVOR · VIR · COLONIAE · SIGNINAE (8)
III · VIR · LOCORVM · PVBLICORVM · PERSEQVENDORVM (9)
VIII · VIR · FANORVM (10)
VIIII · VIR · VALETVDINIS (11)
X · VIR · STLITIBVS · IVDICANDIS (12)
TRIBVNVS · VOLVPTATVM (13)
XX · VIR · EX · S · C · REIPVBLICAE · CVRANDAE (14)
MAGISTRI · FONTANI (15)
ARKARIVS · REI · PVBLICAE · AMERINORVM (16)
MAGISTER · VICI (17)
MAGISTER · PAGI · AMENTINI · MINORIS (18)
MAGISTRI · SAEPINATIVM (19)
SVMMVS · MAGISTER · SEPTAQVIS (20)
IIII · VIR · AEDILICIAE · POTEST · E · LEGE · IVLIA · MVNICIPALI (21)
INTERREX (22)

§. III.

CVRATIONES

CVRATOR · AEDIVM · SACRARVM (23)
CVRATORES · AEDIVM · SACRARVM · OPERVM · LOCORVM · PVBLICORVM (24)
CVRATOR · ALVEI · TIBERIS · ET · RIPARVM · ET · CLOACARVM · VRBIS (25)
CVRATOR · ANNONAE · PLEBIS (26)
CVRATOR · AQVARVM · ET · MINICIAE (27)
CVRATOR · CALENDARI · PECVNIAE · VALENTINI · NOSTRI (28)
CVRATOR · COL · FORMIANORVM (29)
CVRATORES · CAMPANIAE · RESTITVENDAE (30)
CVRATOR · ALIMENTORVM · DISTRIBVENDORVM (31)
CVRATOR · FRVMENTI · COMPARANDI (32)
CVRATOR · PECVNIAE · REI · PVBLICAE · ALIMENTORVM (33)
CVRATOR · MVNERIS · PVBLICI (34)
CVRATOR · PECVNIAE · PVBLICAE · EXIGENDAE · ET · ADTRIBVENDAE · IN LVDOS (35)
CVRATOR · LOCORVM · PVBLICORVM · DEDICANDORVM · EX · S · C · (36)
CVRATOR · VIARVM · ET · OPERVM · PVBLICORVM (37)
CVRATOR · OPERVM · PVBLICORVM · DATVS · A · DIVO · AVG · VESPASIANO (38)
CVRATOR · VIAR · AVRELIAE · VETERIS · ET · NOVAE · CORNELIAE · ET TRIVMPHALIS (39)

(1) Grut. p. 492. n. 9.
(2) Fabr. p. 680. n. 55.
(3) Grut. p. 400. n. 1.
(4) Murat. p. 219. n. 1.
(5) Grut. p. 14. n. 2.
(6) id. p. 388. n. 1.
(7) id. p. 490. n. 2.
(8) id. ibid. n. 5.
(9) id. p. 398. n. 6.
(10) Fabr. p. 401. n. 297.
(11) Don. Cl. 5. n. 189.
(12) Grut. p. 350. n. 7.
(13) Oderic. p. 209.
(14) Grut. p. 381. n. 3.
(15) Fabr. p. 332. n. 495.
(16) Grut. p. 1091. n. 7.
(17) Don. Cl. 5. n. 19.
(18) Oderic. p. 186. n. 11.
(19) Don. Cl. 2. n. 65.
(20) Fabr. p. 450. n. 61.
(21) id. p. 485. n. 160.
(22) Grut. p. 389. n. 4.
(23) Fabr. p. 51. n. 291.
(24) Grut. p. 131. n. 3.
(25) Don. Cl. 2. n. 55.
(26) Fabr. p. 368. n. 130.
(27) Grut. p. 381. n. 1.
(28) Oliver. Marm. Pisaur. p. 17. n. 38.
(29) id. ibid. n. 63.
(30) Svet. in Tit. c. 8. n. 11.
(31) Maff. M. V. p. 463. n. 3.
(32) Grut. p. 418. n. 6.
(33) Fabr. p. 368. n. 130.
(34) Don. Cl. 5. n. 120.
(35) id. Cl. 2. n. 4.
(36) Fabr. p. 675. n. 18.
(37) Don. Cl. 5. n. 34.
(38) Grut. p. 1092. n. 4.
(39) id. p. 457. n. 6.

CVRATOR · VIARVM · STERNENDARVM (1)
CVRATOR · MVRIS · REFICIENDIS (2)
DVVMVIRI · NAVALES (3)
TRIVMVIRI · MENSARII (4)
TRIVMVIRI · SACRIS · CONQVIRENDIS · DONISQVE · PERSIGNANDIS (5)
TRIVMVIRI · REFICIENDIS · AEDIBVS · FORTVNAE · ET · MATRIS MATVTAE (6)
CVRATOR · APVD · IOVEM · STATOREM (7)
CVRATOR · AQVAE · DVCENDAE (8)
QVINQVEVIRI · PVBLICIS · SVMPTIBVS · MINVENDIS (9)
QVINQVEVIRI · MVRIS · TVRRIBVSQVE · REFICIENDIS (10)
X · VIR · AGRIS · DANDIS · ADTRIBVENDIS · IVDICANDIS (11)
TRIVMVIRI · LEGENDI · SENATVS (12)
TRIVMVIRI · INCENDIIS · ARCENDIS (13)
QVINQVEVIRI · POMPTINO · AGRO · DIVIDENDO (14)
TRIVMVIR · COLONIAE · DEDVCENDAE (15)
SVMMVS · CVRATOR · CIVIVM · ROMANORVM · PROVINCIAE LVGDVNENSIS (16)

§· IIII·

VSVS EXEMPLORVM ET IMITATIO

Qvas modo descripsimus formulas, pleraeque omnes sacerdotiis hisce nostris et magistratibus et curationibus ita conveniunt, ut quum prolatae sunt, nemo fere, quid desiguent, suspensus requirat. itaque demonstratis veterum exemplis, vix jam de usu earum quidquam a me tradi necesse est. quia tamen quaedam ineptae videri, aut obscuritatem, nisi recte utaris, orationi afferre aliquam possunt; de his utique quid sentiam, paucis exponam.

Primum igitur, meo quidem judicio, quos Archiepiscopos dicimus, iidem recte *Pontifices Majores* appellentur, quippe qui a Pontifice Maximo proximi sint: ceteri autem Episcopi *Pontifices* tantum, aut etiam *Pontifices Minores*, siquidem eos compares cum Majoribus. jam sacerdotes, qui collegiis Canonicorum praesunt, *Antistites* aut *Magistros*, vel etiam *Canonicos Priores* apposite nomiuaveris: qui vero templi curator sit, is *Praefectus Sacrorum Et Aedis* erit; ceteri sacerdotes, qui eodem in templo singuli sacra statis diebus facere debent, a numero *VI· Viri* aut *X· Viri Sacris Faciundis* dicentur. qui Pontificum loco in urbibus aut extra urbes quaestiouum judices constituti sint, qui fere *Vicarii* appellantur, ii veteri formula haud inepte, opinor, *Iudices Sacrarum Cognitionum*, aut *Cognoscentes Vice Sacra* (17) dici possint, quamquam hae olim appellationes iis tantum tributae, qui Principis loco judicarent. Romae porro quum populus in curias triginta distributus esset, aedes sacrae, quae curiis singulis sacrorum caussa singulae adsignatae erant, *Curiae* item appellabantur: tum his qui praecrant, *Curiones* (18). ob eam rem *Curiones* malim, quam *Parochos* dicere, quibus nunc religionis ergo curiarum urbis praefectura data sit. nam *Parochos* quidem dictos constat (19), qui in municipiis tectum, lectos, foenum, ligna,

(1) Grut. p. 152. n. 1.
(2) Cic. de opt. gen. orat. c. 7. n. 19.
(3) Liv. l. 40. c. 8. n. 18.
(4) id. l. 23. c. 16. n. 21.
(5) id. l. 25. c. 6. n. 7.
(6) id. ibid.
(7) Grut. p. 435. n. 8.
(8) id. p. 417. n. 3.
(9) Plin. l. 2. epist. 1.
(10) Liv. l. 25. c. 6. n. 7.
(11) Grut. p. 421. n. 5.
(12) Svet. in Aug. c. 37. n. 1.
(13) l. 1. D. de off. Pr. Vig.
(14) Liv. l. 6. c. 13. n. 21.
(15) Grut. p. 433. n. 8.
(16) id. p. 431. n. 1.
(17) id. p. 433. n. 4. et p. 459. n. 7.
(18) Dionys. Hal. l. 2. p. 82. et Varro l. 4. L. L. c. 15.
(19) Cic. ad Att. l. 5. ep. 16. Horat. l. 1. Sat. 5. v. 46.

salem praeberent iis, qui reipublicae caussa iter facerent. erit autem *Curio Maximus*, qui omnibus Curionibus praesit, *Minor* qui proximus a Curione sit ac sicubi curionum creandorum jus penes populum sit, ii *Curiones A Populo* nominentur (1). *Sacerdos* demum atque etiam *Presbyter* dicatur, qui sacris initiatus: nam hoc etiam vocabulo vel Hadrianus Aug. in epistola ad Servianum cos. usus est (2).

At vero Patrum Cardinaliuni, inquies, sacra, quibus in urbe funguntur, munera antiquis formulis enunciari non possunt: ita sane; Latinis tamen et idoneis possunt, cujusmodi, opinor, hae sunt:

PRINCEPS · SACRI · SENATVS, vel DECANVS · PATRVM · CARDINALIVM
VICE · SACRA · ANTISTES · RELIGIONVM · VRBIS
SVMMVS · MAGISTER · CRIMINIBVS · EXPIANDIS
PRIMVS · XII · VIR · SACRI · CONSILII · PERDVELLIBVS · ECCLESIAE · VINDICANDIS
PRAEFECTVS · SACRI · CONSILII · AD · ECCLESIAE · IVRA · RETINENDA
PRAEFECTVS · SACRI · CONSILII · TRIDENTINIS · DECRETIS · INTERPRETANDIS
PRAEFECTVS · SACRI · CONSILII · LEGITIMIS · RITIBVS · COGNOSCENDIS
SVMMVS · MAGISTER · BENEFICIIS · DANDIS · ADTRIBVENDIS

atque hos eosdem, quum appellandi erunt, a templis simul, quibus praepositi sunt, distingues designabisque hoc pacto: *Flavio Aureliano Cardinali Titulo Susanna, Titulo XII. Apostolis* et hujusmodi, id est aucto, exornato eo nomine atque jure. sic in antiquo latere legit olim Ceccnius (3), TITVLI AGATHAE, id est *ex fundo*, opinor, *qui Agathae dicitur et est*.

Ad magistratuum et curationum appellationes quod attinet, eas equidem selegi, quae potissimum nostris idoneae moribus visae: quasdam tamen inflecti paullulum fas erit, quo ad nomina haec nostra quammaxime accedant. *Conservatores* latine dici non possunt, qui nunc annuo magistratu aut semestri trimestrive rempublicam gerunt: eos tamen recte appellaveris III · VIROS · REI · PVBLICAE · CONSERVANDAE. quique nunc Ravennae, exempli caussa, praetoria potestate jus dicit, LEGATVS · PONT · MAX · PRO · PRAET · PROV · AEMILIAE dicendus erit. II · VIRI, III · VIRI, V · VIRI · VALETVDINIS erunt, quorum ea maritimis in urbibus cura est, ne commercii caussa luem pestemve advenae importent. qui Navalibus praesint aut classi aedificandae, ii II · VIRI · NAVALES audient: V · VIRI autem aut IIII · VIRI · MENSARII, quibus ea cura data sit, ut pecuniae eudendae caussa argentum, aurum a privatis delatum accipiant, et in tabulas publicas referant. TRIBVNVS VOLVPTATVM is dicetur, qui spectaculorum curator sit, et de Theatralium operarum litibus criminibusque cognoscat. quaeritur adhuc quid olim *Cura Miniciae* esset aut *Minuciae:* nam utrumque scriptum invenias. aedificia fuisse bina hoc nomine in regione nona plerique statuunt, quae tamen a Rufo et Victore *Minitia Vetus* et *Minitia Nova* appellantur. equidem quum et frugum minutarum mentio a Tullio fiat (4), et *Minuta* etiamnum Romae vocentur legumina et quidquid minutioris est grani praeter frumentum, in eam opinionem venio, *Curatorem Minuciae* fuisse, qui fruges minutas certum in locum convehendas, populoque distribuendas curaret (*a*). ceterum id etiam ad *Praefectum Annonae* nunc pertinet: ut ea appellatio ad extraordinarium magistratum reservanda sit. verum aliae sunt in urbe curationes, alii magistratus, quorum Latina nomina aegre invenias. his igitur formulas aptemus novas; quae quidem probabiles

(1) v. inscr. 82. l. 1.
(2) Vopisc. in Saturn. c. 8.
(3) Stor. di Palestr. p. 103.
(4) in Verr. l. 3. c. 7. n. 18. v. Lips. Elect. l. 1. c. 8.

(*a*) Caj. Marinius Frat. Arv. p. 801. hanc cl. Auctoris opinionem convellit, multaque de *Minuciae* significatione affert, quae legenda omnino sunt, licet ea omnem difficultatem minime tollant.

erunt, si quod designare volueris, plerique legendo intelligent. num autem ejusmodi sint, quas subjiciam, ipse videris:

PRAEFECTVS · DECVRIAE · CVRATORVM · VRBIS · ET · VECTIGALIVM
PRAEFECTVS · SACRI · CONSILII · FINIVM · REGVNDORVM
PRAEFECTVS · SACRI · CONSILII · PVBLICIS · SVMPTIBVS · MINVENDIS
PRAEFECTVS · SACRI · CONSILII · IVDICIBVS · ADSIGNANDIS
CVRATOR · TEMPLI · ET · OPERVM · VATICANORVM

alias id genus formulas tute effingas: neque enim verba repugnabunt. illud moneo, quam appellationem magistratui uni semel tribueris, eadem uti semper illum ipsum designes: ne iterum contingat, quod in urbe nuper eruditi jucunde salseque riserunt. qui jam ceterarum appellationum, quas superius descripsimus, vel sensus sit, vel usus esse possit, satis liquere puto.

PARS II·

COLLEGIA ET SODALITATES

Multa veterum collegia, multae sodalitates fuerunt. in his quum alii praeessent, alii parerent, suum item cujusque muneri et conditioni nomen, suae et sodalibus et corporibus appellationes tributae, quarum pleraque usui nunc etiam esse possint.

§· I·

QVI PRAESVNT

PATRONVS · ET · RECTOR · COLLEGI · DENDROPHORORVM (1)
PRAEFECTVS · COLLEGI · FABRVM (2)
SVMMVS · MAGISTER · ANNI · I· (3)
MAGISTER · QVINQVENNALIS · COLLEGII · FAMILIAE · IVLIANAE (4)
MAGISTER · COLLEGI · FRATRVM · ARVALIVM (5)
MAGISTER · IVVENTVTIS (6)
PROMAGISTER · COLLEGI · FRATRVM · ARVALIVM (7)
IIIIVIR · AVG · CORPORIS · NEMAVSENS· (8)
VI · VIR · AVG · II · GRATVITVS (9)
ADLECTVS · SVPRA · NVMERVM · SEVIRVM · AVGVSTALIVM (10)
PROCVRATOR · COLLEGI · PELLIONARIOR· (11)
CVRATOR · CORPORIS · PISCATORVM · VRINATOR· (12)
QVAESTOR · COLLEGI · CENTONARIOR· (13)
TABVLARIVS · CORPORIS · DENDROPHOROR· (14)
TABVLARIVS · SCHOLAE · MEDICORVM (15)
DECVRIO · COLLEGI · FABR· (16)
VIRGO · VESTALIS · MAXIMA (17)
ANTISTITA (18)
SACERDOS · MAXIMA · MATRIS · DEVM · M · I· (19)
MATER (20) nempe *Sacrorum*

(1) Fabr. p. 722. n. 436.
(2) Grut. p. 12. n. 8.
(3) id. p. 33. n. 10.
(4) Don. Cl. 9. n. 14.
(5) Grut. p. 118.
(6) id. p. 451. n. 2.
(7) id. p. 120.
(8) id. p. 423. n. 5.
(9) id. p. 473. n. 2.
(10) id. p. 449. n. 1.
(11) Reines. Cl. 1. n. 273.
(12) Grut. p. 354. n. 1.
(13) id. p. 471. n. 5.
(14) id. p. 625. n. 9.
(15) id. p. 632. n. 4.
(16) Maff. M. V. p. 236. n. 3.
(17) Grut. p. 310. n. 1.
(18) id. p. 62. n. 9.
(19) Reines. Cl. 5. n. 58.
(20) Canneg. ad Dorvill. epist.

§· II·

QVI PARENT

FRATER · ARVALIS (1)
SODALIS · FLAVIALIS (2)
SODALIS · SILVANI · ET · LARVM (3)
CVLTOR · SILVANI (4)
SODALIS · SACRORVM · TVSCVLANORVM (5)
ACCENSVS · VELATVS (6)
INITIALIS · COLLEGI · SILVANI · AVRELIANI (7)
RELIGIOSVS · A · MATRE · MAGNA · CAPILLATVS (8)
SALIVS · MARTIALIS · CAPVLATVS (9)
INTER · PRIMOS · COLLEGIATVS · IN · COLLEGIO · NAVICVLARIORVM ARDELICENSIVM (10)
INCORPORATVS · INTER · VTRICVLARIOS · LVGDVNI · CONSISTENTES (11)
VTRICLARIVS · CORPORIS · ARELATENSIVM (12)
EX · COLLEGIO · LITICINVM · CORNICINVM (13)
ADLECTVS · INTER · IVVENES (14)
MINISTER · LARVM · AVG· (15)
SCRIBA · COLLEGI · FRATRVM · ARVALIVM (16)
KALATOR · VII · VIR · EPVL· (17)
KALATOR · SACERDOTII · TITIALIVM · FLAVIALIVM (18)
VIRGO · VESTALIS (19)
DELICATA · DEI (20)

§· III·

VSVS EXEMPLORVM ET IMITATIO

Plures nobis sodalitates, plura sunt collegia, quam antiquis fuerunt. nam quum permulta passim virorum, puerorum, mulierum sodalitia reperiuntur religionis caussa constituta; tum hoc in numero recensendae etiam sunt tot Devotorum (21) et Ascetriarum familiae, quas Ecclesiae Ordines recte dixeris. sed tamen quas hic habes formulas, eae non ita paucae, ut ad singula prope sodalium genera designanda pro exemplis esse non possint: quippe variatis appellationibus una saepe formula multis facile convenit. primum qui Ordini praesit uni, primusque omnium sodalium sit, is *Summus Magister* dicetur, quique hujus loco erit, *Promagister* appellabitur. qui autem Collegiis quibuscumque praepositi sint, eos vel *Praefectos* vel *Rectores*, vel *Magistros* vocato: si non unus aliquis, sed multi simul magisterio fungantur, a numero *Quatuorviri*, *Seviri*, *Decemviri Collegii*, aut *Corporis* nominentur: qua item appellatione designari ii possunt, qui sint e consilio Summi Magistri. quamquam qui primi Ordinis aut Collegii sunt, *Decuriones* quoque dici possunt: ac si quis honoris caussa primis adnumeratus sit, *Adlectus Supra Numerum Decurionum* recte nominabitur. qui tirones regit, is erit *Magister Iuventutis*: ceteri, quibus fundi aut arca aut codex expensi et accepti creditus sit, ii *Procuratores*, *Curatores*, *Quaestores*, *Tabularii* audient.

(1) Grut. p. 381. n. 3.
(2) id. p. 427. n. 12.
(3) id. p. 63. n. 1.
(4) id. p. 113. n. 5.
(5) id. p. 479. n. 6.
(6) Fabr. p. 433. n. 10.
(7) Marm. Vill. Alb.
(8) Grut. p. 308. n. 5.
(9) Fabr. p. 90. n. 175.
(10) Grut. p. 449. n. 6.
(11) Reines. Cl. 11. n. 36.
(12) Murat. p. 531. n. 5.
(13) Spon. Misc. p. 69.
(14) Grut. p. 330. n. 3.
(15) id. p. 1088. n. 7.
(16) Reines. Cl. 1. n. 157.
(17) Grut. p. 307. n. 6.
(18) id. p. 304. n. 9.
(19) id. p. 310. n. 4.
(20) in Act. S. Perp. Holst. p. 29.
(21) v. Antonel. ad Serm. 6. Iac. Nisib. n. 1.

quae demum femina collegiatis virginibus imperitet, ea *Antistita Virginum* aut *Virgo Maxima* appelletur. scripserim etiam *Mater Maxima Virginum* vel *Sororum Augustinianarum*, et *Magistra Virginum Dominicianarum Quirinalium*.

Iamvero ii etiam, qui sub potestate et magisterio versantur, sic in titulis appellandi, ut appareat, quo ex Ordine Collegiove sint. enimvero latine et apposite post nomina scribetur *Frater* aut *Sodalis Karmelites*, *Franciscalis*, *Dominicianus*, quemadmodum scilicet a *Germanico* fiebat *Germanicianus*. qui Collegio presbyterorum Philippianorum nomen dederit, *Initialis Philippianus* dici poterit: at *Religiosus A Matre Magna*, qui e numero est presbyterorum Lucensium: et *Franciscalis Capulatus*, qui ex iis est, qui barbam submittunt: nam *Capulati* olim dicti sacerdotes, qui apicem in pileo haberent (1): cetera tibi nomina id genus effingenda ad Latinorum exemplar, quam proxime fieri possit: cujusmodi haec sunt: *Sodalis A Cruce Aegrotis Adjutandis*, *Sodalis Marialis Mercedonius Captivis Redimendis*, *Frater Franciscalis Tertianus*, *Frater Karmelites Excalciatus*. qui vero inter hos tirocinium ponunt, ii *Adlecti Inter Iuvenes;* qui jam probati sint, *Collegiati*, *Corporative*, nec minus latine *Professi* appellentur. feminarum autem Asectriarum appellationes erunt hujusmodi: *Virgo Benedictina*, *Mater Devota Salesiana*, *Soror Franciscalis Velata:* eaedemque *Delicatae Dei* non immerito vocentur: quo nomine in actis Martyrum fortissimarum Perpetuae et Felicitatis ipsa Vbia Perpetua designatur (2).

Eorum demum, qui sunt e collegiis corporibusque urbanis, satis jam notae appellationes, quarum etiam quasdam superius protulimus: quamquam in recentiorum inscriptionibus vestigium earum fere nullum reperies: morem enim veterum plerique neglexerunt. sed revocandus is est, sodalesque singuli hoc aut simili modo appellandi, *Cultor Sanctae Virginis Hortensis*, *Sodalis Eucharisticus Russatus*, *Sodalis Marialis Albatus*, *Sodalis Antonianus Atratus*, *Ex Collegio Fabrûm Vaticanorum*, *Frumentarius Corporis Romani*, *Adlectus Inter Primos Corporis Vinariorum*, et similia: atque his ea quoque munera addito, quibus in collegio quisque suo functus sit.

PARS III.

MILITIA

Ne militiae quidem adeo jam immutata ratio et disciplina, ut plerumque veterum appellationibus uti non possis. sive enim ductores ordinum, sive milites quicumque appellandi fuerint; delectu habito, multa adhuc Latina his nomina convenire reperies.

§. I.

DVCTORES ORDINVM

IMPERATOR (3)
PRAEFECTVS · CLASSIS · ET · ORAE · MARITIMAE · EX · S · C · (4)
PRAEFECTVS · RIPAE · FLVMINIS . EVPHRATIS (5)
PRAEFECTVS · AVXILIORVM · OMNIVM · ADVERSVS · GERMANOS (6)
LEGATVS · PRO · PRAET · EXERCITVS (7)

(1) Fabr. p. 115. *H.*
(2) Edit. Possin. p. 29. v. inscr. 178. l. 1.
(3) v. inscr. 32. l. 1.
(4) num. Pompeji Vaill.
(5) Fabr. p. 611. n. 378.
(6) Grut. p. 403. n. 1.
(7) id. p. 451. n. 6.

DVX · VEXILLATIONVM · PER · ITALIAM · EXERCITVS · IMP · SEVERI · PII PERTINACIS · AVG · ET · IMP · AVRELI · ANTONINI · AVG · (1)
DVX · PARTIVM (2)
MISSVS · AB · IMP · ANTONINO · AVG · PIO · AD · DEDVCENDAS VEXILLATIONES · IN · SYRIAM (3)
PRAEFECTVS · PRAETORIO (4)
VICEPRAEFECTVS · PRAETORIO (5)
PRAEFECTVS · AVXILIORVM · IN · MAVRETANIAM · TINGITANAM · EX HISPANIA · MISSORVM (6)
PRAEFECTVS · EQVITVM · ALAE · BRITANNICAE · MILIARIAE (7)
PRAEPOSITVS · NVMERI · EQVITVM · ELECTORVM · EX · ILLYRICO (8)
PRAEPOSITVS · NVMERORVM · TENDENTIVM · IN · PONTO · AB · SARO (9)
PRAEFECTVS · LEVIS · ARMATVRAE (10)
PRAEFECTVS · CASTRORVM (11)
PRAEFECTVS · AERARII · MILITARIS (12)
PRAEFECTVS · PROTECTORVM · AVGG · NN · (13)
PRAEPOSITVS · EQVITVM · SINGVLARIORVM · AVGG · NN · (14)
PRAEFECTVS · AVXILIARIORVM (15)
PRAEPOSITVS · FRVMENTARIORVM (16)
PRAEFECTVS · CLASSIS · ALEXANDRINAE (17)
SVBPRAEFECTVS · CLASSIS · PRAETORIAE · RAVENNATIVM (18)
PRINCEPS · CASTRORVM (19)
EXERCITATOR · EQVITVM · PRAETORIANORVM (20)
CAMPIDOCTOR · COH · I · PR · (21)
QVAESTOR · MILITVM · COH · IIII · PR· (22)
PRAEFECTVS · EQVITVM · ALAE · MOESICAE · FELICIS · TORQVATAE (23)
PRAEFECTVS · TVRMAE · ALAE · II · LEG · I · MINER· (24)
PRAEFECTVS · EQ · PROLEG · (25)
PRAEFECTVS · COH · III · GALLORVM (26)
PRAEFECTVS · COH · III · BRITTONVM · VETERANORVM · EQVITATAE (27)
PRAEPOSITVS · ALAE · I · HISPANORVM (28)
NAVARCHVS · TRIERARCHVS · ET · PRINCEPS · CLASSIS · MISENENSIS (29)
TRECENARIVS · DONIS · DONATVS (30)
PROTECTOR · DVCENARIVS (31)
EX · CENTVRIONE · PRAETORIAE · COH · VI · PROTECTOR · DVCENARIVS (32)
CENTVRIO · COH · V · PRAET · (33)
OPTIO · CENTVRIONIS (34)
SVBCENTVRIO (35)
CENTVRIO · CLASSICVS (36)
DECVRIO · EQVITVM · SINGVLARIORVM · IMP · N · (37)
DECVRIO · ALAE · AVGVSTAE (38)
SIGNIFER · COHORTIS . XIIII · (39)
OPTIO · SIGNIFERI (40)
SIGNIFER · TVRMAE · SERENI (41)
OPTIO · EQVITVM (42)
IMAGINIFER (43)
VEXILLARIVS · COH · II · VIGILVM (44)
VEXILLARIVS · CENTVRIA · POMPONI (45)

(1) Grut. p. 407. n. 1.
(2) v. Tacit. Ann. l. 16. c. 7.
(3) Grut. p. 441. n. 4.
(4) id. p. 433. n. 4. etc.
(5) Maff. M. V. p. 462. n. 2.
(6) id. p. 242. n. 1.
(7) id. ibid.
(8) id. p. 365. n. 3.
(9) Grut. p. 1096. n. 6.
(10) id. p. 370. n. 1.
(11) Don. Cl. 6. n. 123.
(12) Grut. p. 5. n. 3.
(13) Fabr. p. 356. n. 69.
(14) Grut. p. 1028. n. 2.
(15) Maff. M. V. p. 242. n. 2.
(16) Don. Cl. 1. n. 69.
(17) id. Cl. 5. n. 66.
(18) id. Cl. 4. n. 28.
(19) Grut. p. 1101. n. 5.
(20) Don. Cl. 6. n. 49.
(21) Grut. p. 80. n. 2.
(22) id. p. 538. n. 9.
(23) Don. Cl. 6. n. 27.
(24) Spon. Misc. p. 258. n. 2.
(25) v. inscr. 82. l. 1.
(26) Don. Cl. 5. n. 50.
(27) Gor. Symb. Flor. t. 4. p. 144.
(28) Don. Cl. 5. n. 50.
(29) id. Cl. 6. n. 1.
(30) Fabr. p. 634. n. 293.
(31) Grut. p. 531. n. 2.
(32) id. p. 530. n. 9.
(33) Reines. Cl. 8. n. 63.
(34) Grut. p. 46. n. 10.
(35) Reines. Cl. 1. n. 3.
(36) Don. Cl. 6. n. 15.
(37) Fabr. p. 359. n. 85.
(38) Grut. p. 519. n. 5.
(39) Maff. M. V. p. 171.
(40) Grut. p. 431. n. 9.
(41) id. p. 569. n. 7.
(42) Oderic. p. 194. n. 19.
(43) Marsil. Dant. t. 2. p. 97.
(44) Grut. p. 536. n. 7.
(45) Don. Cl. 6. n. 51.

§. II.

MILITES

MILES · COH · VII · VIGILVM (1)
MILES · COH · X · PRAET · CENTVRIA · SABINI (2)
MILES · VETERANVS · COH · VI · PRAET · VALERIAN · GALBIAN · (3)
MILES · CLASSIS · PRAETORIAE · MISENATIS (4)
TRIERE · PIETATE (5)
TRIERE · CERERE (6)
CLASSIARII · MISENATES (7)
STIPENDIORVM · XX · CENTVRIA · CASSI (8)
VETERANVS · AVG · COH · VII · PR · (9)
VETERANVS · EX · DECVRIA · ALAE · I · (10)
EQVES · SINGVLARIS · AVG · (11)
EQVES · ALAE · INDIANAE · TVRMA · BARBI (12)
EQVES · DVPLARIS · (13)
ALLECTVS · EX · ALA · I · ILLYRICORVM (14)
MISSVS · HONESTA · MISSIONE · EX · DVPLICARIO (15)
EVOCATVS · AVG · N · (16)
DEDVCTVS · A · DIVO · VESPASIANO · REATE (17)
EMERITVS · AVGVSTORVM (18)
MISSICIVS · ALAE · CLAVDIAE · NOVAE (19)
BENEFICIARIVS · PRAEFECTI (20)
SPE · BENEFICIARIVS (21)
TRAIECTVS · IN · PRAETORIVM · COH · VI · PR · (22)
FRVMENTARIVS (23)
SPECVLATOR (24)
MILES · EX · ARMAMENTARIO · IMP · CAESARIS · DOMITIANI · AVG · GERMANICI · CASSIDARIVS (25)
MILES · EX · ARMAMENTARIO · AVGVSTOR · BALTEARIVS (26)
TESSERARIVS · COH · XII · PRAETORIANORVM · MILITVM (27)
MILES · DVPLARIS · ARMATVRAE (28)
DVPLARIVS · STIPENDIO · ℵ II · ANN · XVI · (29)
SESQVIPLEX · EX · NVMERO · EQVITVM · SINGVLARIVM · AVG · (30)
TVBICEN · EQ · SING · AVG · TVRMA · AELI · LVCANI (31)
EQ · SING · AVG · BVCCINATOR (32)
LITICEN · LEG · III · PARTHICAE (33)
ARMORVM · CVSTOS · EQ · SING · AVG · (34)
COMMILITO (35)
COMMANIPVLARIS (36)
COHORTIS · XXXII · VOLVNTARIORVM (37)
NERONIS · CLAVDI · CAESARIS · AVG · CORPORIS · CVSTOS (38)
CANDIDATVS · TI · CAES · AVG · RELATVS · IN · PRAETORIVM (39)
OMNIBVS · OFFICIIS · IN CALIGA · FVNCTVS (40)

(1) Fabr. p. 647. n. 408.
(2) id. p. 140. n. XVI.
(3) id. p. 137. n. 119.
(4) Don. Cl. 6. n. 10.
(5) id. Cl. 6. n. 11.
(6) Maff. M. V. p. 475. n. 11.
(7) id. p. 477. n. 10.
(8) Grut. p. 56. n. 4.
(9) id. p. 435. n. 8.
(10) id. p. 548. n. 10.
(11) id. p. 371. n. 4.
(12) id. p. 519. n. 7
(13) id. p. 448. n. 8.
(14) Don. Cl. 6. n. 48.
(15) Grut. p. 546. n. 4.
(16) id. p. 36. n. 15.
(17) id. p. 538. n. 2.
(18) Don. Cl. 14. n. 12.
(19) Spon. Misc. p. 243. n. 2.
(20) Grut. p. 560. n. 6.
(21) id. p. 393. n. 5.
(22) id. p. 551. n. 2.
(23) id. p. 530. n. 7.
(24) id. p. 570. n. 9.
(25) Spon. Misc. p. 254. n. 1.
(26) id. ibid. p. 253. n. 1.
(27) Grut. p. 1108. n. 7.
(28) Spon. Misc. p. 257. n. 2.
(29) id. ibid. p. 256. n. 3.
(30) id. ib. p. 262. n. 4.
(31) id. ib. p. 263. n. 1.
(32) Grut. p. 551. n. 5.
(33) Don. Cl. 6. n. 118.
(34) id. Cl. 13. n. 28.
(35) Grut. p. 441. n. 10.
(36) id. p. 521. n. 9.
(37) id. p. 1030. n. 7.
(38) Fabr. p. 687. n. 97.
(39) Grut. p. 543. n. 1.
(40) id. p. 445. n. 9.

§· nI·

VSVS EXEMPLORVM ET IMITATIO

Qvae hic descriptae sunt munerum militarium appellationes, iis tibi sic est utendum, ut, si opus fuerit, formulam haud haesitans vel dissolvas vel augeas. neque enim rerum novitas patitur, ut totidem semper verbis utaris, quot antiquitas usurparit; et scriptori hoc satis, si vetera exempla apte sequutus videatur: quod iis etiam, qui latine scripsere accuratius, jamdiu probatum est. enimvero ut formulas quasdam nominatim attingamus, si quis bello praefectus sit, is *Imperator* nunc quoque jure appelletur: ea tamen appellatio nomini subjicienda est: quippe ante nomen usurpata Augustum designat. at si de claro viro agatur, qui saepe exercitus duxerit, multisque bellis confectis, honores militares adeptus sit omnes; hic quidem satis latine *Summus Magister Vtriusque Militiae* nuncupetur (1). quamquam sunt, qui nisi barbare *Mareschallum* nominent, dignitatem ejus nullis aequari verbis arbitrantur. mari vero bellum qui gerat, *Praefectus Classis* dicetur; et tuendorum littorum caussa si naviget, PRAEFECTVS · CLASSIS · ET · ORAE · MARITIMAE · idem si bellum unus administret, PRAEFECTVM CLASSIS · REGIA · POTESTATE appellem. qui ab his proximi, vel DVCES vel PRAEFECTI nominandi, sic tamen, ut patrio aut dativo casu adjecto demonstres, quibus quisque praecesse jussus sit. Romae ductores ordinum hi sunt, PRAEFECTI · PRAETORIO, PRAEFECTVS PROTECTORVM · D · N · sive PRAEFECTVS · COH · I · PRAETORIAE, PRAEFECTVS · EQVIT · SING · D · N ·, PRAEFECTVS · EQVITVM · LORICATORVM, PRAEFECTVS · COH · PRAET · HELVETIAE, PRAEPOSITVS PRAESIDIARIORVM · CASTELLANORVM, PRAEFECTVS · COH · RVSSATAE, PRAEFECTVS · COH · AVENIONENSIVM, PRAEFECTVS · COH · CYRNEORVM: atque his addendi PRAEPOSITVS · REI · BELLICAE, et PRAEPOSITVS ARCI · VRBANAE · ET · REI · MARITIMAE, quorum maxime in potestate milites sunt. huc etiam pertinet PRAEFECTVS · NVMERI · BALLISTARIORVM, cui scilicet parent, quos BOMBARDARIOS vocamus, et qui CANNONARII audiunt: PRAEPOSITVS · MACHINARIORVM · ET · INSTRVMENTI · BELLICI, PRAEPOSITVS · REI · NAVALIS, PRAEFECTVS · CLASSIS · PRAESIDIARIAE, PRAEPOSITVS · BIREMIS · PRAETORIAE et similia. porro ductores ordinum qualescumque a numero etiam militum, quibus imperitant, CENTVRIONES, DVCENARII, TRICENARII dici possunt: qui vero post hos primi in militia sunt, ii SVBPRAEFECTI, VICEPRAEFECTI, OPTIONES, SVBCENTVRIONES recte appellentur: infra quos sunt VEXILLARII, SIGNIFERI, IMAGINIFERI, EXERCITATORES · EQVITVM, CAMPIDOCTORES, DECVRIONES · EQVITVM, et DECANI, id est denis militibus praepositi, qui Vegetii aetate (2) *Caput Contubernii* vocabantur.

In militum autem appellationes minus negotii erit. veteres enim formulae plerumque iis congruunt, nec aptatae repugnant. *Veterani, Emeriti, Missi Honesta Missione, Evocati, Praetoriani, Equites, Classiarii, Vigiles* qui sint, nemo non intelligit. jam de *Equitibus Singularibus Augustorum* dixi ad inscr. xvmI· libri primi. *Duplares* vel *Milites Duplaris Armaturae* vocabantur, qui praemii loco binas annonas consequerentur (3): ut *Sesquiplex* et *Sesquiplaris*, cui annona una et semis dabatur: nam quorum stipendium simplex esset, *Simplares* dicebantur. *Missicii* appellati, qui confectis stipendiis jam mittendi essent (4). *Beneficiarios* autem vel *Consulis* vel *Praetoris* vel *Tribuni* vocabant, qui ad militarem aliquem gradum aut commodum consulis aut praetoris aut tribuni beneficio pervenissent: contra *Spe Beneficiarios*, qui tantum promissa exspectarent. *Frumentarii* et *Frumentatores* fuere, qui e castris fru-

(1) Grut. p. 1079. n. 14. etc.
(2) Veg. l. 2. c. 8.
(3) id. l. 2. c. 7.
(4) v. Spon. Misc. 2 p. 239.

mentatum mittebantur: *Speculatores* dicti, qui ad res hostium explorandas praemittebantur: item qui a Principe ad corporis custodiam lecti essent: quos quidam male *Spiculatores* appellant, quum vel in Graeco Marci Evangelio de Herode legamus (1) Απιστειλας Σπεκυλατωρα. *Tesserarii* demum, inquit Vegetius (2), *qui tesseram per contubernia militum nunciant: tessera autem dicitur praeceptum ducis, quo vel ad aliquod opus vel ad bellum movetur exercitus*. atque haec de militaris conditionis nominibus satis: reliqua enim et plana et certa sunt: nisi forte haerendum tibi erit in iis indicandis, quorum munia nova sunt et antiquis ignota: quos tamen plerique novo nomine appellare solent: ut *Bombardarios Cannonariosque*, quos *Ballistarios* et *Libratores* haud male fortasse quis vocet, sed obscurius paullo, quam ut ab omnibus intelligatur.

PARS IIII·

PVBLICA DECORA ET GRADVS PRIVATAE DIGNITATIS

Nova item nomina, novos titulos induximus, ut novos honoris ac dignitatis gradus designaremus: qui tamen antiquis plerumque vocabulis demonstrari facile possint: haec sunt hujusmodi:

§· I·

VIRI PRIMARII ET HONORE VSI

SENATOR (3)
PRIMVS · CVRIAE (4)
QVINQVE · PRIMI (5)
SEX · PRIMI (6)
DECEM · PRIMI (7)
DENI · PRINCIPES (8)
QVINDECIM · PRIMI (9)
DECVRIO (10)
DECVRIO · CAPVAE (11)
HONORATVS · ORNAMENTIS · DECVRIONALIBVS (12)
ORNAMENTIS · DECVRIONALIBVS · DECRETO · ORDINIS · EXORNATVS · ET ALLECTVS · INTER · IVVENES · (13)
BISELLIARIVS (14)
ORNATVS · ORNAMENTIS · DVVMVIRALIBVS (15)
DEFVNCTVS · HONORIBVS · AEDILICIIS (16)
OMNIBVS · HONORIBVS · MVNICIPALIBVS · PERFVNCTVS (17)
OMNES · HONORES · MVNICIPALES · ADEPTVS (18)
OMNIBVS · HONORIBVS · APVD · SVOS · FVNCTVS (19)
OMNIBVS · HONORIBVS · PER · GRADVS · FVNCTVS (20)
OMNIBVS · HONORIBVS · NITIDE · FVNCTVS (21)
LEGATIONIBVS · VRBICIS · ET · PEREGRINIS · PRO · REP · SVA · FVNCTVS (22)
LEGATVS · MISSVS · AD · PRINCIPEM (23)

(1) c. 6. v. 27.
(2) l. 2. c. 7.
(3) Don. Cl. 6. n. 19.
(4) Chiment. de hon. Bisel. c. 37.
(5) Cic. in Verr. l. 3. c. 31. n. 73.
(6) id. de N. D. l. 3. c. 30. n. 74.
(7) id. pro Rosc. Amer. c. 9. n. 25.
(8) Liv. l. 29. c. 13. n. 17.
(9) Caes. B. C. l. 1. c. 16. n. 35.
(10) Grut. p. 386. n. 6.
(11) id. p. 347. n. 3.
(12) id. p. 1099. n. 2.
(13) id. p. 330. n. 3.
(14) Fabr. p. 228. n. 605.
(15) Grut. p. 347. n. 3.
(16) id. p. 349. n. 2.
(17) id. p. 469. n. 10.
(18) id. p. 456. n. 5.
(19) id. p. 375. n. 3.
(20) id. p. 354. n. 1.
(21) id. p. 440. n. 1.
(22) id. p. 479. n. 8.
(23) id. p. 427. n. 9.

LEGATIONE · FVNCTVS · PATRIAE · SVAE · COLONIAE · VLPIAE · THAMVCADIS EX · NVMIDIA (1)
LEGATVS · CVM · LIBERIS · MANDATIS (2)
EQVES · ROMANVS (3)
EQVO · PVBLICO · HONORATVS (4)
HONORATVS · COLLEGI · FABRVM · TIGNARIORVM · ROMANENSIVM (5)
HONORATVS · CORPORIS · VTRICVLARIORVM (6)
DECVRIALIS · DECVRIAE · IVLIAE (7)
QVINQVENNALICIVS (8)
ALLECTVS · INTER · QVINQ · (9)
DVVMVIRALICIVS (10)
QVAESTORICIVS (11)
PRAETORIVS (12)

§. II.

HONORATI A PRINCIPIBVS

ADLECTVS · INTER · PATRICIOS · AB · IMP · CAES · TRAIANO · HADRIANO AVG · (13)
ADLECTVS · IN · AMPLISSIMVM · ORDINEM · AB · IMP · CAES · HADRIANO AVG · (14)
ALLECTVS · INTER · TRIBVNOS · AB · IMP · HADRIANO · ANTONINO · AVG · PIO (15)
ADLECTVS · INTER · SELECTOS · AB · IMP · CAES · AVG · (16)
IN · OMNIBVS · HONORIBVS · CANDIDATVS · IMPERATORIS (17)
MISSVS · HONESTA · MISSIONE · AB · IMP · M · AVR · ANTONINO · ET AVR · VERO · AVG · ADLECTVS · AB · TARRACONENSIBVS · INTER IMMVNES · CONSECVTVS · HONORES · AEDILICIOS (18)
EQVO · PVBLICO · EXORNATVS · ET · DONIS · DONATVS · AB · IMP · SEVERO · ET · ANTONINO · AVGG · HASTA · PVRA · CORONA · AVREA · · · · · EVOCATVS · AVGG · DIVOR · M · ANTONINI · ET · COMMODI (19)
FLAMEN · PERPETVVS · DIVI · HADRIANI · AB · EODEM · EQVO · PVBLICO HONORATVS · CVRATOR · KALENDARI · R · P · AECLANENSIVM ELECTVS · A · DIVO · PIO (20)
ELECTVS · A · DIVO · HADRIANO · ET · MISSVS · IN · EXPEDITIONEM BRITANNICAM (21)
DONATVS · DONIS · MILITARIBVS · A · DIVO · SEVERO · PERTIN · AVG · ARAB · SARMAT · (22)
DONIS · MILITARIBVS · DONATVS · AB · IMP · IN · EXPEDIT · PARTHICA (23)
DONIS · DONATVS · AB · IMPERATORIBVS · HONORIS · VIRTVTISQVE · CAVSSA TORQVIBVS · ARMILLIS · PHALERIS · CORONIS · MVRALIBVS · III · VALLARIBVS · II · AVREA · I · HASTIS · PVRIS · V · VEXILLIS · II · (24)
DONATVS · STATVA · EQVESTRI · ITEM · HASTA · PVRA · ITEM · CORONA CIVICA · ET · DIVIS · AVGG · AVCTORIBVS · OMNIBVS · ORNAMENTIS PRAETORIIS · EX · S · C · DONATVS (25)
CVRATOR · KALENDARI · NOLANORVM · DATVS · AB · IMP · ANTONINO AVG · PIO (26)
HONORATVS · AD · CVRAM · KALENDARI · REIP · CANVSINOR · A · DIVO TRAIANO · PARTHICO · ET · AB · IMP · HADRIANO · AVG · (27)
COMES · TIBERII · CAESARIS · AVG · DATVS · A · DIVO · AVG · (28)

(1) Grut. p. 1090. n. 16.
(2) Liv. l. 38. c. 8. n. 8.
(3) id. p. 443. n. 2.
(4) id. p. 425. n. 6.
(5) Fabr. p. 343. n. 529.
(6) Grut. p. 649. n. 7.
(7) id. p. 36. n. 6.
(8) Fabr. p. 598. n. 9.
(9) id. ibid.
(10) id. ibid.
(11) id. ibid.
(12) Grut. p. 403. n. 1.
(13) id. p. 393. n. 6.
(14) id. p. 348. n. 1.
(15) id. p. 433. n. 7.
(16) id. p. 376. n. 3.
(17) id. p. 457. n. 6.
(18) id. p. 378. n. 1.
(19) Don. Cl. 6. n. 20.
(20) Grut. p. 446. n. 7.
(21) Don. Cl. 6. n. 19.
(22) id. ibid. n. 24.
(23) Grut. p. 387. n. 6.
(24) Don. Cl. 5. n. 231.
(25) Grut. p. 1073. n. 7.
(26) id. p. 441. n. 5.
(27) id. p. 444. n. 5.
(28) id. p. 492. n. 8.

§. III.

ADMINISTRI PRINCIPVM ET MAGISTRATVVM

IVDEX · SACRARVM · COGNITIONVM (1)
IVRIDICVS · AEGYPTI (2)
IVRIDICVS · PER · APVLIAM (3)
ADVOCATVS · FISCI (4)
TABVLARIVS · FISCI · ALEXANDRINI · RELIQVORVM (5)
TABVLARIVS · RATIONIS · PATRIMONI · CAESARVM (6)
TABVLARIVS · A · VEHICVLIS (7)
TABVLARIVS · A · RATIONIBVS · MARMORVM · LVNENSIVM (8)
SCRIBA · LIBRARIVS · AVG · (9)
SCRIBA · AB · EPISTOLIS · LATINIS (10)
SCRINIARIVS · AB · EPISTOLIS (11)
PROCVRATOR · AVG · A · RATIONIBVS · PROVINCIARVM (12)
PROCVRATOR · XX · HEREDITATIVM (13)
PROMAGISTER · XX · HEREDITATIVM (14)
PROCVRATOR · AVRARIARVM (15)
PRAEPOSITVS · TABVLARIORVM · RATIONIS · CASTRENSIS (16)
PRAEPOSITVS · OPIFICIBVS · DOMVS · AVGVSTANAE (17)
MAGISTER · IATROLIPTA · PVERORVM · EMINENTIVM · CAESARIS · N · (18)
MAGISTER · ADMISSIONVM (19)
PROXIMVS · AB · ADMISSIONE (20)
PRAEPOSITVS · CVRSORVM (21)
PRAEPOSITVS · SACRI · CVBICVLI (22)
REDEMPTOR · OPERVM · CAESARVM (23)
QVAESTOR · AVG · (24)
COMES · DIVI · VERI · AVG · (25)
AMICVS · ET · COMES · AVG · N · (26)
NECESSARIVS · AVGG · ET · COMES · PER · OMNES · EXPEDITIONES EORVM (27)
LEGATVS · ET · COMES · CLAVDI · CAES · IN · BRITANNIA (28)
CONSILIARIVS · AVGG · (29)
PROTECTOR · DIVINI · LATERIS · AVG · N · (30)
ADIVTOR · CLAVDI · ATHENODORI · PRAEFECTI · ANNONAE (31)
SCRIBA · AEDILIVM · CVRVLIVM (32)
SCRIBA · QVAESTORIVS (33)
MINISTER · OPERVM · PVBLICORVM (34)
IVDEX · QVAESTIONVM (35)
IVDEX · DE · V · DECVRIIS (36)
IVDEX · SELECTVS (37)
ALLECTOR · GALLIARVM (38)
DISPENSATOR · AD · CENSVS · PROVINCIAE · LVGDVNENSIS (39)
EXACTOR · TRIBVTORVM · CIVITATVM · GALLIAE (40)
DISPENSATOR · ET · TABVLARIVS (41)

(1) Grut. p. 433. n. 4.
(2) id. p. 373. n. 4.
(3) id. p. 45. n. 9.
(4) Maff. M. V. p. 462. n. 4.
(5) Grut. p. 591. n. 5.
(6) id. p. 589. n. 8.
(7) id. p. 592. n. 3.
(8) id. p. 593. n. 4.
(9) id. p. 578. n. 5.
(10) id. p. 577. n. 8.
(11) id. p. 1111. n. 10.
(12) id. p. 375. n. 1.
(13) id. p. 286. n. 4.
(14) id. p. 454. n. 9.
(15) id. p. 594. n. 7.
(16) Reines. Cl. 9. n. 28.
(17) Fabr. p. 297. n. 260.
(18) Don. Cl. 7. n. 1.
(19) Vopisc. in Aurel. c. 12.
(20) Marm. Zeladian.
(21) Grut. p. 600. n. 15.
(22) Cod. l. 12. tit. 5.
(23) Grut. p. 451. n. 8.
(24) id. p. 393. n. 6.
(25) id. p. 457. n. 2.
(26) id. p. 1100. n. 5.
(27) id. p. 270. n. 6.
(28) id. p. 453. n. 1.
(29) id. p. 458. n. 7.
(30) Don. Cl. 1. n. 170.
(31) Grut. p. 622. n. 3.
(32) Don. Cl. 5. n. 164.
(33) id. Cl. 6. n. 31.
(34) Vulp. V. L. t. 6. p. 155.
(35) Grut. p. 225. n. 7.
(36) id. p. 487. n. 2.
(37) id. p. 479. n. 6.
(38) id. p. 375. n. 3.
(39) Don. Cl. 7. n. 174.
(40) Malvas. sect. 5. c. 13.
(41) Grut. p. 85. n. 7.

§. III.

VSVS EXEMPLORVM ET IMITATIO

Habes veterum formulas, quibus illi virorum illustrium dignitatem prodebant: quas facile quis aptabit recenti argumento, tum maxime, quum de municipalibus honoribus sermo erit. nam illae expeditae et idoneae, *Decurio, Primus Curiae, E Decem Primis, Omnes Honores Municipales Adeptus, Honoratus Collegii Fabrûm* et similia. *Honoratos* autem et *Honore Vsos* appellabant, qui magistratu aliquo vel magisterio, aut quocumque etiam munere inter sodales suos functi essent. at novi sunt quidam honores sequioribus aetatibus excogitati, iique summae fere existimationis, qui tamen veteri formula designari non possint. ita sane: verum multae affines sunt formulae, quibus commode scienterque uti possis. nam ad Latinam plane consuetudinem accessisse videatur, qui novos honores sic efferat: *Stator Proximus A Solio Pontificis Maximi, Adsessor Regis Biselliarius, Adlectus Inter Proceres Hispanos Ordinis Primi, Eques Hispaniensis Vellere Aureo Honoratus, Eques Prior Melitensis In Vrbe Magister, Eques Melitensis Ordinis Primi, Eques Melitensis Beneficiarius, Eques Torquatus, Eques Emeritus Ordinis Mauritiani, Eques Ornamentarius Stephanianus, Adlectus In Amplissimum Ordinem Patrum Venetorum, Eques Venetus Zona Aurea Exornatus*, et alia hujusmodi. qui vero a Principibus honorem primi consequuti sint, his veteri more adscribes, a quo ornati fuerint: *Donis Imperatoriis Donatus Ab Alexandro VIII. Pont. Max. Pugione Et Pileo, Summus Vexillarius Ecclesiae Sanctae Electus A Clemente XIII. Pont. Max., Curator Operum Publicorum Datus A Pio VI. Pont. Max.* tum qui Romae dibaphum a Pontifice Maximo tulerunt, Imperatoris aut Regis sui litteris commendati, eos haud inscite *Candidatos Augusti*, et *Candidatos Regis* nuncupaveris.

Enimvero in Principum Magistratuumque administris appellandis non diu haerebis: pleraeque enim formularum usurpari integrae possunt percommode. *Magister Admissionum* is est, qui velariis praeest, et eos, qui Principem convenire velint, ipse deducit; de qua appellatione scite a Torrio disputatum est (1). Magistri autem loco ad fores Principis eadem de caussa excubantem *Proximum Ab Admissione* appellabis: plerique alii magistratuum administri veteri formula *Adiutores* dicendi sunt, hic praetoris, ille praefecti annonae, aliorum alii. ceterae appellationes cui singulae conveniant, patet: aut si quaedam deesse videntur, eae facile ad veterum formularum normam effingi possunt: cujusmodi hae sunt, *Praepositus Sacrae Domus*, aut *Praefectus Sacri Palatii, Magister Libellorum Et Memoriae, Praepositus Notariorum Ab Epistulis, Protector Sacri Lateris D. N., Adlector Caducorum Pontificis Maximi, Praepositus Tabellariorum Et Cursus Publici, Praepositus Fisci Aleatorii*, et quas quisque antiquorum exemplorum lectioni adsuetus facile excudet.

(1) ad inscr. Man. Aquil. c. 3. p. 39. etc.

PARS V.

STVDIA

Sua etiam variis studiorum generibus nomina sunt, quibus quid quisque profiteatur, apte declaremus: eaque quamquam uno fere alterove constant vocabulo, plus saepe significant, quam quae nova quidam induxerunt, ut inscriptiones inanibus verbis implerent.

§. I.

LITTERAE DISCIPLINAEQVE

CALCVLATOR (1)
LIBRARIVS · AD · MANVM (2)
SCRIBA · LIBRARIVS (3)
GRAMMATICVS · LATINVS (4)
GRAMMATICVS · GRAECVS (5)
PRAECEPTOR · PVERORVM · CAES · N · (6)
PRAECEPTOR · DVORVM · MARCORVM · IVLIORVM · CLAVDIANORVM (7)
RHETOR (8)
IVVENIS · ERVDITVS · CAVSIDICVS (9)
STVDIOSVS · ELOQVENTIAE (10)
ORATOR (11)
IVRIS · STVDIOSVS (12)
POETA · ET · ORATOR (13)
HYMNOLOGVS · DE · CAMPO · CAELIMONTANO (14)
PHILOLOGVS (15)
PHILOSOPHVS · STOICVS (16)
MAGISTER · A · BIBLIOTHECA · LATINA · APOLLINIS · ITEM · SCRIBA · AB EPISTVLIS · LATINIS (17)
PROCVRATOR · BIBLIOTHECAR · GRAEC · ET · LATIN · (18)
DIVI · CLAVDI · AVG · LIBERTVS · A · STVDIIS (19)
AB · EPISTVLIS · GRAECIS (20)
A · DIPLOMATIBVS (21)
AB · ACTIS · SENATVS (22)
DISCIPVLVS (23)
CONDISCIPVLVS (24)

§. II.

ARTES INGENVAE

ARCHITECTVS (25)
ARCHITECTVS · AVGVSTI (26)
MENSOR · AEDIFICIORVM (27)

(1) Grut. p. 376. n. 7.
(2) id. p. 584. n. 11.
(3) id. p. 585. n. 3.
(4) id. p. 367. n. 5.
(5) id. p. 653. n. 3.
(6) Maff. M. V. p. 134. n. 4.
(7) Don. Cl. 8. n. 58.
(8) Grut. p. 619. n. 3.
(9) id. p. 652. n. 4.
(10) id. p. 304. n. 9.
(11) id. p. 489. n. 3.
(12) id. p. 652. n. 5.
(13) Spon. Misc. p. 124.
(14) Don. Cl. 13. n. 32.
(15) Murat. p. 896. n. 4.
(16) Grut. p. 388. n. 5.
(17) id. p. 577. n. 8.
(18) Murat. p. 706. n. 3.
(19) Grut. p. 584. n. 3.
(20) id. p. 587. n. 2.
(21) Don. Cl. 17. n. 22.
(22) Grut. p. 446. n. 3.
(23) id. p. 653. n. 2.
(24) v. inscr. 188. l. 1.
(25) Grut. p. 623. n. 1.
(26) Don. Cl. 8. n. 5.
(27) Grut. p. 623. n. 8.

MENSOR · AGRARIVS (1)
PICTOR (2)
PAPIRIVS · VITALIS · ARTE · PICTORIA (3)
PLASTES (4)
DOCTOR · SAGITTARIORVM (5)
PHONASCVS (6)
ARCHIATROS (7)
ARCHIATER (8)
MEDICVS · IMP · DOMITIANI · AVG · (9)
MEDICVS · DOMVS · AVGVSTAE (10)
MEDICVS · LEGIONIS · II · ITALICAE (11)
MEDICVS · LVDI · MATVTINI (12)
MEDICA (13)
CLINICE (14)
IATROMEA · REGIONIS · SVAE · PRIMA (15)
MEDICVS · CLINICVS (16)
MEDICVS · AB · OCVLIS (17)
MEDICVS · AVRICVLARIVS (18)
MEDICVS · CHIRVRGVS (19)
CHIRVRGVS · OCVLARIVS (20)
MACHINATOR (21)
DISSIGNATOR · SCENARVM (22)

§· III.

VSVS EXEMPLORVM ET IMITATIO

Exiguum, ut vides, formularum numerum ad studia et artes designandas vetera nobis marmora suppeditant. itaque a Latinis scriptoribus multa petenda erunt. at his primum recte utendum est. *Calculator* non is erat, qui rationes conficeret, quem *Ratiocinatorem* appellabant, sed qui pueros legere doceret: quo pertinent illa Isidori verba (23): *Primordia artis grammaticae litterae communes existunt, quas librarii et* Calculatores *sequuntur, quorum disciplina velut quaedam artis grammaticae infantia est*. singulis nempe in calculis litterae, opinor, singulae pueris proponebantur, quas multis modis componerent, ut his syllabas et verba conficerent. quare Fabrettinam inscriptionem *Melioris Calculatoris* (24) qui commentarios artis suae primus fecisse et reliquisse dicitur, facile rejicio. *Hymnologum* poëtam appellato, qui res sacras canat; *hymni* enim ea carmina sunt, quibus numen celebratur. *Philologus* autem is esto, qui eruditionis et humaniorum litterarum studio teneatur: cujus quae sint partes, Seneca exposuit (25). *Magistrum A Bibliotheca* dixere veteres, quem Graeci Βιβλιοθηκοφυλακα vocabant, qui et *Custos* et *Praefectus* etiam recte nominabitur (26). porro quamquam veteres illas formulas *A Studiis, Ab Epistulis, A Diplomatibus* servorum plerumque aut libertorum apposita esse constat; vel sola tamen si usurpes, nemo te grammaticorum jure reprehendat: quippe et ingenuos, imo ex equestri ordine, *A Libellis* et *Ab Epistulis* appellatos scimus (27). aliae jam appellationes qua novis qua indictis rebus

(1) Grut. p. 1078. n. 6.
(2) Reines. Cl. 11. n. 67.
(3) Spon. Misc. p. 229.
(4) Maff. M. V. p. 257. n. 3.
(5) Fabr. p. 234. n. 616.
(6) Grut. p. 1089. n. 9.
(7) id. p. 632. n. 4.
(8) id. ibid. n. 5.
(9) Reines. Cl. 11. n. 3.
(10) Fabr. p. 274. n. 155.
(11) Maff. M. V. p. 120. n. 4.
(12) Reines. Cl. 1. n. 157.
(13) Grut. p. 636. n. 1.
(14) id. p. 635. n. 10.
(15) Fabr. p. 165. n. 301.
(16) Grut. p. 400. n. 7.
(17) id. p. 635. n. 3.
(18) Maff. M. V. p. 275. n. 6.
(19) Grut. p. 581. n. 1.
(20) id. p. 400. n. 7.
(21) id. p. 642. n. 4.
(22) id. p. 270. n. 6.
(23) Orig. l. 1. c. 3.
(24) p. 83. n. 165.
(25) epist. 108.
(26) Svet. de Ill. Gramm. c. 20. n. 2.
(27) Spart. in Hadr. c. 22. etc.

aptandae. sunt apud nos magistrorum collegia, quos scite *Doctores* nominamus: ex eo numero qui sit, ut illum e vulgaribus magistris eximas, *Doctorem Decurialem* recte nominaveris. at qui ob doctrinae laudem in Doctorum numerum cooptatus sit, nec tamen ulli etiamtum scholae praefectus, is *Doctor Ornamentarius* vocabitur: nisi forte, ut a Plinio Tullius (1) *Linguae Lauream Meritus* dicitur, ita hunc *Philosophiae Lauream Meritum* dicere malis. qui collegiorum et studiosae juventutis moderatores sunt, ii *Praesides* audiunt: qui vero ab his proximi, *A Secretis* passim appellantur: quos quidem *Adiutores Praesidis* nuncupandos existimo, vel *Summos Scribas Collegiorum:* nam eam formulam minime antiquam puto, ut ut libertum memoret Tacitus (2) *Ex Secretioribus Ministeriis*, et Salustium Crispum *Participem Secretorum* Tiberii (3); dixerit; quippe his aliam subesse sententiam, manifestum est.

Ingenuarum artium numerum iis jampridem auximus, quae olim servorum fere aut libertorum fuerunt. sed nihil hoc ad earum appellationes, quae ingenuis aeque bene conveniunt. *Phonascum* dixere veteres tam eum, qui in choro praecentor esset, quam quo vocis et pronunciationis moderatore utebantur (4). *Archiátri* erant ii maxime, quos Princeps apud se medicos habebat (5). quae feminae antiquis in titulis *Medicae* appellatae, eae obstetrices erant. mitto cetera: neque enim ignota aut obscura. sed illud tamen addendum, monendumque, ut de novorum inventorum appellationibus aliquid laboremus, et quae latine enunciari possunt, ea ne barbare efferamus. coetus nunc passim aguntur litteratorum hominum, aut eorum, qui artes ingenuas plerasque profitentur. hos autem coetus qui celebrant, quique in eorum numerum cooptati sunt, *Academici* vocari solent; verum, ut ego quidem arbitror, non bene: mitto enim, ab antiquis philosophos tantum eo nomine esse appellatos; illud maxime valere debet, ne vocabulum hujusmodi recipiamus, quod Academiae nomine non coetum aliquem philosophorum, qui alii alia proderent explicarentque, sed unius scholam philosophi designabant, Platonis puta aut Arcesilae aut Lacidae, quo juventus Atheniensis discendi caussa conveniebat. quare si de litteratis viris agatur, eos ego *Sodales Litterarios Bononienses*, aut *Senenses* aut *Cortonenses* et hujusmodi appellarim: ceteros vero ab arte, quam profitentur, *Pictores, Statuarios, Architectos Ex Collegio Vrbano Sodalium Lucanorum*, aut *Collegiatos Corporis Vrbani Sodalium Lucanorum*, et quo quisque nomine alibi demonstrari possit. sunt et artes quaedam non uno contentae nomine, ut pictura, quae plures habet partes. singulos autem, qui singulas profitentur, ut Latinis appellationibus designes, curandum est, nec tamen ejusmodi, ut nemo intelligat, quae dicas. in pictura quidem apte, opinor, hic *Pictor Miniarius* appelletur, ille *Parietarius*, is scilicet, qui udo colores illinit: alii *Pictores Iconicorum*, quidam *Pictores Amoenae Picturae Et Argutiarum* (6). cetera vero cuique, ubi opus sit, Latinae linguae thesauri, vel ipsa etiam inscriptionum volumina suppeditabunt: in quibus idonea quaedam si praeterita a nobis fuisse videris, queri nequaquam debes: cuique enim semper racemari liceat

(1) H. N. l. 7. c. 30. n. 30.
(2) in Agric. c. 40.
(3) Annal. l. 1. c. 6.
(4) Sidon. l. 4. ep. 11. Svet. in Aug. c. 84. n. 6.
(5) v. Mercur. var. lect. lib. 4. c. 1.
(6) v. Plin. H. N. l. 35. c. 10.

PARS VI·

MVNERA HOMINVM PRIVATORVM

Plures plane munerum quorumcumque appellationes antiquis in exemplis habemus, quam quae nunc scriptori titulorum opus sint. ita eas parcius depromam, nec alias legam, quum quae maxime usui esse possint.

§· I·

MERCATORES ET NAVICVLARII

NEGOTIATOR · FRVMENTARIVS (1)
NEGOTIATOR · VINARIVS (2)
NEGOTIATOR · OLEARIVS (3)
NEGOTIATOR · BOARIVS (4)
NEGOTIATOR · LINTEARIVS (5)
NEGOTIATOR · ARTIS · PVRPVRARIAE (6)
NEGOTIATOR · VESTIARIVS (7)
MERCATOR · OLEI · HISPANI · EX · PROVINCIA · BAETICA (8)
SAGARIVS · POST · AEDEM · CASTORIS (9)
VESTIARIVS · CENTONARIVS (10)
PAENVLARIVS (11)
PISTOR · SILIGINIARIVS (12)
SEPLASIARIVS (13)
INSTITOR · VNGVENTARIVS (14)
PROPOLA (15)
NEGOCIANS · SALSARIVS (16)
CORIARIVS · SVBACTARIVS (17)
NEGOTIATOR · GLADIARIVS (18)
MANCEPS · BALNEARVM (19)
MANCEPS · OFFICINARVM · AERARIARVM · QVINQVE (20)
NAVICVLARIVS · MARINVS (21)
NAVTA · ARARICVS (22)
LENVNCVLARIVS · RIPAE · TIBERIS (23)
SCAPHARIVS (24)
CAVDICARIVS (25)
PORTITOR · OCRISIVAE (26)
COACTOR · A · PORTV · VINARIO (27)

§· II·

ARTIFICES OPIFICESQVE

AVRIFEX · DE · SACRA · VIA (28)
BRACTEARIVS · INAVRATOR (29)

(1) Grut. p. 622. n. 6.
(2) id. p. 431. n. 1.
(3) Don. Cl. 8. n. 87.
(4) Grut. p. 647. n. 3.
(5) Reines. Cl. 11. n. 63.
(6) Grut. p. 649. n. 10.
(7) id. p. 651. n. 3.
(8) id. p. 1116. n. 1.
(9) id. p. 650. n. 1.
(10) Don. Cl. 8. n. 75.
(11) Grut. p. 646. n. 5.
(12) id. p. 81. n. 10.
(13) id. p. 636. n. 12.
(14) Don. Cl. 8. n. 49.
(15) Spon. Misc. p. 231.
(16) Grut. p. 647. n. 1.
(17) id. p. 648. n. 8.
(18) Don. Cl. 3. n. 77.
(19) Reines. Cl. 1. n. 120.
(20) Don. Cl. 8. n. 16.
(21) Maff. M. V. p. 412. n. 2.
(22) Grut. p. 466. n. 7.
(23) Don. Cl. 8. n. 47.
(24) Fabr. p. 731. n. 450.
(25) Grut. p. 462. n. 1.
(26) id. p. 62. n. 5.
(27) id. p. 626. n. 6.
(28) id. p. 638. n. 7.
(29) Don. Cl. 9. n. 1.

FLATVRARIVS · AVRI · ET · ARGENTI · MONETARI (1)
FLATVRARIVS · SIGILLARIARIVS (2)
ARGENTARIVS (3)
AERARIVS (4)
CAELATOR · DE · SACRA · VIA (5)
MARGARITARIVS · DE · SACRA · VIA (6)
GEMMARIVS (7)
EBORARIVS (8)
CVLTRARIVS (9)
GLADIARIVS (10)
BALTEARIVS (11)
FABER · FERRARIVS (12)
FABER · TIGNARIVS (13)
STRVCTOR · PARIETARIVS (14)
MVSEIARIVS vel MVSIVARIVS (15)
PAVIMENTARIVS (16)
CARPENTARIVS (17)
CISIARIVS (18)
CERDO · FABER (19)
FABER · FISTVLARIVS (20)
FICTILIARIVS (21)
VASCVLARIVS (22)
CALIGARIVS (23)
SVTOR · CALIGARIVS (24)
DOCTOR · LIBRARIVS (25)
PILARIVS · OMNIVM · EMINENTISSIMVS (26) id est *Praestigiator* v. Quintil. c. x. l. VII.

§. III.

QVI MAGISTRATIBVS APPARENT

DECVRIALIS · DECVRIAE · VIATORIAE · EQVESTRIS · CONSVLIS (27)
ACCENSVS · CONSVLIS (28)
LICTOR · EX · III · DECVRIS · QVI · MAGISTRATIBVS · APPARENT (29)
LICTOR · PROXIMVS (30)
NOMENCLATOR · A · CENSIBVS (31)
NOMENCLATOR · PRAETORIVS (32)
BVCCINATOR · NOMINVM (33)
VIATOR · APPARITOR · DIVI · CLAVDI (34)
VIATOR · PRAETORIVS (35)
VIATOR · TREVIRVM (36)
PRAECO · CONSVLARIS (37)
APPARITOR · TRIBVNI · PLEBIS (38)
STRATOR · CONSVLIS (39)
STRATOR · PRAETORIVS (40)

(1) Grut. p. 638. n. 4.
(2) id. ibid. n. 6.
(3) id. p. 639. n. 2.
(4) id. p. 1117. n. 3.
(5) id. p. 639. n. 1.
(6) Don. Cl. 17. n. 18.
(7) id. Cl. 8. n. 14.
(8) Grut. p. 640. n. 8.
(9) id. p. 640. n. 11.
(10) Don. Cl. 3. n. 77.
(11) Reines. Cl. 8. n. 69.
(12) Grut. p. 235. n. 7.
(13) id. p. 169. n. 6.
(14) Spon. Misc. p. 233.
(15) Grut. p. 586. n. 3. etc.
(16) Don. Cl. 9. n. 35.
(17) id. Cl. 7. n. 57.
(18) Murat. p. 979. n. 6.
(19) Spon. Misc. p. 221.
(20) Reines. Cl. 1. n. 2.
(21) Grut. p. 643. n. 1.
(22) id. ibid. n. 7.
(23) Reines. Cl. 11. n. 116.
(24) Grut. p. 649. n. 1.
(25) Reines. Cl. 11. n. 123.
(26) Fabr. p. 250. n. 11.
(27) Marin. Inscr. Alb. p. 56.
(28) Grut. p. 94. n. 11.
(29) Fabr. p. 159. n. 276.
(30) Grut. p. 630. n. 6.
(31) id. p. 599. n. 5.
(32) id. p. 1116. n. 4.
(33) id. ibid.
(34) id. p. 599. n. 6.
(35) id. p. 627. n. 1.
(36) id. p. 169. n. 5.
(37) id. p. 36. n. 6.
(38) id. p. 1093. n. 8.
(39) id. p. 631. n. 8.
(40) Reines. Cl. 8. n. 4.

PVBLICVS · AB · SACRARIO · DIVI · AVGVSTI (1)
TABELLARIVS (2)

§. IIII.

QVI SVNT IN FAMVLATV

EXACTOR · OPERVM · DOMINICORVM (3)
ARKARIVS · TI · CLAVDI · CAESARIS (4)
DISPENSATOR (5)
A · TABVLARIO (6)
A · RATIONIBVS (7)
ADIVTOR · A · RATIONIBVS (8)
A · RATIONIBVS · VOLVPTATVM (9)
A · RATIONIBVS · HORTVLORVM · SEXTIANORVM · AD · VIAM · LABICANAM (10)
VILLICVS · IN · HORTIS · SALVSTIANIS (11)
DIAETARCHVS · DOMVS · AVG · (12)
PROCVRATOR · VILLARVM · TVSCVLANARVM (13)
CVBICVLARIVS · CAESARIS · GERMANICI (14)
A · CVBICVLO · DOMITIAE · AVGVSTAE (15)
ATRIENSIS (16)
VELARIVS (17)
PRAEPOSITVS · VELARIORVM (18)
OSTIARIVS (19)
DECVRIO · MINISTRATORVM (20)
VESTIARIVS · AVG · (21)
A · VESTE (22)
PRAEPOSITVS · AVRI · ESCARII (23)
PRAEPOSITVS · ARGENTI · POTORII (24)
A · CELLARIIS (25)
PRAEGVSTATOR · AVGVSTI (26)
TRICLINIARIVS (27)
LECTICARIVS (28)
LAMPADARIVS · TIBERI · CAESARIS (29)
PEDISEQVVS (30)
MYSTAGOGOS (31)
AD · MARGARITA (32)
AD · IMAGINES (33)
AD · LYCHN · (34)
AD · VALETVDINAR · (35)
SVPRA · HORTOS (36)
AEDITVVS · SANCTAE · VENERIS · IN · SALVSTIANIS · HORTIS (37)
AEDITVVS · A · DIANA (38)
A · COMMENTARIIS · EQVORVM (39)
A · CVSTODIA · ARMORVM · AVG · (40)
A · SVPELLECTILE · CASTRENSI (41)
NVTRITORES · LACTANEI (42)
PAEDAGOGVS · PVERORVM · IMP · TITI · CAESARIS (43)

(1) Inscr. Mus. Kirch.
(2) Grut. p. 589. n. 3.
(3) id. p. 594. n. 2.
(4) id. p. 580. n. 10.
(5) Don. Cl. 7. n. 6.
(6) id. ibid. n. 183.
(7) Grut. p. 415. n. 10.
(8) Don. Cl. 7. n. 146.
(9) id. ibid. n. 105.
(10) id. ibid. n. 55.
(11) Grut. p. 602. n. 4.
(12) id. p. 576. n. 7.
(13) id. p. 1112. n. 2.
(14) id. p. 575. n. 9.
(15) Don. Cl. 7. n. 150.
(16) Grut. p. 579. n. 5.
(17) v. inscr. 202.
(18) Murat. p. 916. n. 4.
(19) Grut. p. 577. n. 1.
(20) Fabr. p. 257. n. 81.
(21) Grut. p. 416. n. 9.
(22) id. p. 578. n. 1.
(23) id. p. 582. n. 8.
(24) id. ibid. n. 7.
(25) Don. Cl. 7. n. 154.
(26) Grut. p. 63. n. 5.
(27) id. p. 576. n. 6.
(28) Don. Cl. 7. n. 135.
(29) id. ibid. n. 8.
(30) Grut. p. 600. n. 7.
(31) Maff. M. V. p. 257. n. 3.
(32) id. ibid. n. 1.
(33) Gor. Col. Liv. p. 158.
(34) Don. Cl. 7. n. 9.
(35) Spon. Misc. p. 144.
(36) Fabr. p. 380. n. 195.
(37) Grut. p. 102. n. 1.
(38) Fabr. p. 722. n. 435.
(39) Grut. p. 592. n. 5.
(40) id. p. 600. n. 11.
(41) id. p. 583. n. 10.
(42) Maff. M. V. p. 293. n. 1.
(43) Grut. p. 1111. n. 8.

§. V.

VSVS EXEMPLORVM ET IMITATIO

Formulis, quae hunc in articulum congestae sunt, raro non integris uti possis: quippe eas fere res demonstrant, quae nostrorum quoque temporum habeantur. illud cavendum, ne male utaris, neve in eam sententiam, cui apud antiquos res subesset plane diversa. *Sagarios* appellabant veteres, qui saga conficerent venderentve: *Saga* autem non militaria solum indumenta e crassiore lana, sed etiam agrestium vestes erant, quae reliquis superinduebantur, fibula sub mento connexae, cetera apertae (1). *Seplasiarius* dictus παντοπωλης, sive qui mercium omnes genus minutarum, inquit Salmasius (2), ut chartam, linum, stupam, candelas, unguenta, colores et alia id genus sexcenta, non qui unguenta solum venderet. *Mancipes* erant qui officinas, agros, operas conducerent; item publicanorum principes, ut ait Asconius (3), qui quaestus sui caussa si decumas redimerent, *Decumani* appellabantur, si portum aut pascua publica, *Portitores* aut *Pecuarii*: quorum ratio *Scriptura* dicebatur. *Coactor* autem publicani minister erat mercede conductus, qui vectigalium et tributorum pecunias exigeret colligeretque. et *Coactor* item dictus, cujus opera argentarii in cogendis pecuniis uterentur, quique rebus auctione venditis pecuniam redigeret (4).

Ex artificibus *Bracteatores* aut *Bractearii* sunt, qui *Bracteas* faciunt, tenues scilicet laminas e metallo; *Bractearii Inauratores*, qui aureas bracteas ligno, marmori, aeri superinducunt. *Museiarios* et *Musivarios* appellabant veteres, qui picturam imitati tessellatum opus aut sectile facerent, de quo aliquid infra dicemus. *Doctorem Librarium* βιβλιοπηγον fuisse, qui librorum membranas compingeret adglutinaretque, demonstravit Martorellius (5).

Inter Magistratuum apparitores *Lictor Proximus* dicebatur, qui postremus praeibat; singuli enim incedebant: atque hic ceteris honoratior, quod inter eum et Magistratum nemo medius iret, nisi forte Consulis filius, qui puer esset (6). *Stratores* vocabant, qui equos ornatos magistratui inscensuro adducerent, eumque inscendentem manu adtollerent (7). at *Statores* appellati magistratuum ministri in provinciis, ad Praetorium excubantes, maxime ut jussi litteras nunciosque perferrent (8). *Publicus* demum audiebat, qui magistratuum aut sacerdotum servus esset, maxime sacrorum caussa, ut *Publicus Augurum, Publicus Pontificum, Publicus XV. Vir. S. F.* quae saepe in antiquis marmoribus legas.

Munera servorum et libertorum magnis in domibus permulta olim et varia: itaque appellationum etiam par numerus et varietas: sed pleraeque notae, nec supra captum cujusquam: quaedam paullo abstrusiores. *Exactor Operum Dominicorum* dictus, qui fabris artificibusque praepositus instaret, pensumque et opus, de quo cum domino convenerant, exigeret. *A Rationibus Voluptatum* servi appellati, qui rationes conficerent ejus pecuniae, quae in rebus voluptariis quibuscumque a domino impenderetur. *Diaetarchus* nominabatur, qui Diaetae praefectus, id est cubiculis pluribus continuis, quique Diaetariis servis imperitaret. de *Velariis* dixi ad inscr. CCI. lib. I. *Lampadarium* servum vocabant, qui funale domino praeferret, quo munere peculiares servi fungebantur, ut apud Fabrettum *Araps* ille *Caes. N. Ser. Peculiaris Lampadar.* qui nempe Fla-

(1) v. Colum. l. 1. c. 8.
(2) in Vopisc. Aurel. c. 45.
(3) in Divin. Verr. c. 10.
(4) Cic. pro Cluent. c. 64. n. 180.
(5) Thec. Cal. t. 1. p. 249.
(6) Val. Max. l. 2. c. 2. n. 4.
(7) Salmas. in Carac. c. 7.
(8) Cic. Fam. l. 10. ep. 21.

viae Domus erat, ante quam Vespasianus ad principatum procederet, vel qui non unus multorum e familia, sed ipsius Principis servus habebatur. fuere e servis quoque aut libertis, qui hospites ad ea visenda ducerent, quae in urbe erant praeclarissima: eos *Mystagogos* appellabant, qui et *Monstratores* dici possint (1). ceteri, qui *Ad Imagines, Ad Lychnos, Ad Valetudinaria* et ejusmodi nuncupantur, curatores fuere ejus quisque rei, quae singulis commissa esset. plura autem id genus exempla afferenda non putavi, vel quod harum appellationum exiguus nunc usus est, vel quod formulae cuique satis parabiles esse mihi videbantur.

PARS VII·

AVCTORES MONVMENTORVM IN TITVLIS GENERATIM ADSCRIPTI

In monumentis, quae publice dedicata, aut collegii alicujus vel corporis impensa constituta sint, non utique singulorum nomina senatorum, civium, sodalium incidi solent, sed indicantur tamen nunc quoque generatim, qui honorem habuerint, qui sumptum fecerint. ob eam rem nosse juvabit, quibus olim appellationibus designarentur quicumque, propriis quandoque nominibus omissis, generatim nominandi essent.

§· I·

CIVITATES ET POPVLI

SENATVS · POPVLVS · QVE · ROMANVS (2)
CONSENSV · SENATVS · ET · EQVESTRIS · ORDINIS · POPVLIQVE · ROMANI (3)
SENATVS · POPVLVSQVE · MVNICIPII · INTERAMNATIS (4)
TRES · PROVINCIAE · GALLIAE (5)
COMMVNE · ASIAE (6)
CIVES · BATAVI · FRATRES · ET · AMICI · POPVLI · ROMANI (7)
CIVITATES · LIBVRNIAE (8)
EX · CONSENSV · PROVINCIAE (9)
DECVRIONES · MVNICIPESQVE · SVRRENTINI (10)
ORDO · DECVRIONVM · ET · AVGVSTALIVM · ET · PLEBS · VNIVERSA (11)
DECVRIONES · ET · PLEBS · VRBANA (12)
DECVRIONES · ET · AVGVSTALES · ET · POPVLVS · CALATINVS (13)
DECVRIONES · AVGVSTALES · POPVLVS (14)
ORDO · DECVRIONVM · ET · POPVLVS (15)
ORDO · ET · PLEBS · TREIENSIS (16)
ATINATES · DECVRIONES · AVGVSTALES · ARVANI · VI · VIRI · PLEBS VTRIVSQVE · SEXVS (17)
COMMVNI · CONSENSV (18)
EX · DECRETO · DECVRIONVM · ALETRINATIVM · ET · POLLICITATIONE SEVIRVM · ET · MVNICIPVM · ET · INCOLARVM (19)
QVINQVE · ET · TRIGINTA · TRIBVS (20)
SACRAE · REGIONES · XIIII · (21)

(1) Lucan. l. 9. v. 979.
(2) in arcu Titi et passim.
(3) Spanh. diss. 13. p. 548.
(4) Gud. p. 119. n. 5.
(5) Maff. M. V. p. 417. n. 2.
(6) Vaill. t. 2. p. 56.
(7) Grut. p. 73. n. 9.
(8) Calog. N. R. t. 7. p. 30.
(9) Murat. p. 167. n. 1.
(10) Don. Cl. 3. n. 14.
(11) Fabr. p. 486. n. 162.
(12) Murat. p. 1122. n. 4.
(13) Maff. M. V. p. 354. n. 5.
(14) Fabr. p. 463. n. 93.
(15) Maff. M. V. p. 354. n. 6.
(16) Grut. p. 446. n. 1.
(17) Don. Cl. 5. n. 86.
(18) Spanh. diss. 13. p. 548.
(19) Grut. p. 422. n. 3.
(20) Cic. phil. 6. c. 5. n. 12.
(21) Boldet. Cimit. p. 808.

XII · TRIBVS (1)
COLONIA · CAPVA (2)
CIVITAS · TREVERORVM (3)
MVNICIPIVM (4)
MVNICIPES · ET · INCOLAE (5)
MVNICIPES · ET · NVMISIVS · IVNIOR · SODALIS · TIT · AED · CVR · DES · (6)
RES · PVBLICA · PANHORMITANORVM (7)
FORMIANI · PVBLICE (8)
ANCONITANI · ET · FANESTRES (9)
COLONIA · VLPIA · TRAIANA · AVG · DACICA · SARMIZEGETHVSA (10)
PAGVS · LAPILLANVS (11)
VICANI · VICI · PACIS (12)
VICANI · MVRRENSES (13)
VNIVERSAE · CVRIAE (14)
DECRETO · DECVRIONVM · POPVLIQVE · CONSENSV (15)
PRAEFECTVRA · AMITERNINA (16)
CIVES · REMI (17)
MVNICIPES · PRIVERNATES · D · D · (18)

§· II·

MAGISTRATVS ET ORDINES VRBANI

CVRATORES · AEDIVM · SACRARVM · OPERVM · LOCORVM · PVBLICORVM (19)
CVRATORES · VIARVM (20)
CVRATORES · RIPARVM · QVI · PRIMI · FVERVNT (21)
MAGISTRI · VICORVM · VRBIS · REGIONVM · XIIII · (22)
SENATVS · ET · POPVLI · ROMANI · SACERDOTES (23)
ORDO · SPLENDIDISSIMVS (24)
EQVESTER · ORDO (25)
ORDO · VI · VIRAL · (26)
VNIVERSVS · ORDO · MVNICIP · (27)
CVRIATI · COSANI (28)
DECVRIONES · CASTRI · MOINIENSIVM (29)
EX · CONSENSV · DECVRIONVM · COLONIAE · CAMPESTRIS · IVLIAE BABBAE (30)
DECRETO · ORDINIS (31)
EX · D · D · (32)
ORDO · SICCENSIVM (33)
ORDO · SACERDOTVM · DEI · HERCVLIS · INVICTI (34)
ANTISTITES · HVIVSCE · LOCI (35)
PLEBS · VRBANA · QVINQVE · ET · TRIGINTA · TRIBVVM (36)
PLEBS · VRBANA · ET · HONORE · VSI (37)
PLEBS · VRBANA · QVAE · FRVMENTVM · PVBLICVM · ACCEPIT · ET TRIBVS (38)
PLEBS · VRBANA · PERMISSV · DECVRIONVM (39)

(1) Fabr. p. 610. n. 84.
(2) Don. Cl. 3. n. 59.
(3) Maff. M. V. p. 242. n. 1.
(4) Fabr. p. 57. n. 324.
(5) Maff. M. V. p. 351. n. 2.
(6) Don. Cl. 5. n. 171.
(7) Insc. Sic. Cl. 4. n. 17.
(8) Fabr. p. 688. n. 104.
(9) id. p. 720. n. 419.
(10) Maff. M. V. p. 249. n. 9.
(11) Fabr. p. 683. n. 74.
(12) Grut. p. 92. n. 1.
(13) id. p. 1014. n. 3.
(14) Maff. M. V. p. 462. n. 5.
(15) Manut. Orth. p. 379.
(16) Murat. p. 80. n. 7.
(17) Grut. p. 56. n. 12.
(18) Don. Cl. 6. n. 18.
(19) Grut. p. 131. n. 3.
(20) id. p. 253. n. 7.
(21) Vignol. Insc. Sel. p. 313.
(22) Grut. p. 249. n. 8.
(23) Anecd. Litt. R. t. 3. p. 461.
(24) Murat. p. 1028. n. 3.
(25) Grut. p. 236. n. 11.
(26) id. p. 322. n. 12.
(27) id. p. 374. n. 5.
(28) Fabr. p. 745. n. 535.
(29) id. p. 688. n. 105.
(30) Spanh. diss. 13. p. 548.
(31) Fabr. p. 342. n. 524.
(32) Maff. M. V. p. 478. n. 9.
(33) id. ibid. p. 465. n. 1.
(34) Grut. p. 1017. n. 6.
(35) Reines. Cl. 1. n. 194.
(36) Fabr. p. 395. n. 275.
(37) Chim. de H. Bis. c. 33.
(38) Grut. p. 244. n. 4.
(39) Maff. M. V. p. 119. n. 6.

PLEBS · VRBANA · PISAVRENSIVM (1)
VRBANA · PLEBES (2)
PLEBS (3)
COLONI (4)
POPVLVS · LILYBETANVS (5)
VNIVERSA · PLEBS · INTERAMNATIVM (6)
INCOLAE · OPIFICESQVE (7)
REGIONARII · VICI · VESTORIANI · ET · CALPVRNIANI (8)
REGIO · PALATINA (9)
PLEBS · VRBANA · VICI · HERCVLANII (10)
VICVS · VENERIVS (11)
ALIMENTARI (12)
PVERI · ET · PVELLAE · ALIMENTARII · FICOLENSIVM (13)
NOMINE · PVERORVM · PVELLARVMQVE · VLPIANORVM · EX · S · C · PVBLICE (14)
MATRONAE · PISAVRENSES (15)
MATRONAE · MVNICIPES (16)
DECVMANI · NARBONENSES (17)
CONVENTVS · TARRACONENSIS (18)
CIVES · ROMANI · EX · ITALIA · ET · ALIIS · PROVINCIIS · IN · RAETIA CONSISTENTES (19)
RVFRANI · VICANI · QVORVM · AEDIFICIA · SVNT (20)
CONCILIVM · CONVENTVS · CLVNIENSIS (21)
PERMISSV · PIENTISSIMORVM · TRIBVLIVM (22)

§· III·

COLLEGIA ET SODALITATES

COLLEGIVM · QVOD · EST · IN · DOMV · SERGIAE · PAVLLINAE (23)
COLLEGIVM · CVLTORVM · BONAE · DEAE · CAELESTIS (24)
COLLEGIVM · FABRVM · SPLENDIDISSIMAE · CIVITATIS · ARIMINENSIVM (25)
COLLEGIVM · PASTOPHORORVM · INDVSTRIENSIVM (26)
COLLEGIVM · CAPVLATORVM · SACERDOTVM · DIANAE (27)
COLLEGIVM · VICTIMARIORVM · QVI · IPSI (Hadriano Aug.) ET · SACERDOTIBVS ET · MAGISTRATIBVS · ET · SENATVI · APPARENT (28)
COLLEGIVM · IVVENVM · PVTEOLANORVM (29)
COLLEGIVM · IVVENTVTIS · VICI · APOLLINENSIS (30)
SODALITAS · PVDICITIAE · SERVANDAE (31)
SODALES (32)
SODALES · TITII (33)
SODALES · LVSVS · IVVENALIS (34)
SODALES · AERARII · A · PVLVINARI (35)
COLLEGIA · FABRVM · ET · CENTONARIORVM (36)
CVLTORES · LARVM · ET · IMAGINVM · DOMVS · AVGVSTAE (37)
AMATORES · REGIONIS · MACELLI · CVLTORES · IOVIS · ARKANI (38)
SORORES · PIISSIMAE (39)

(1) Fabr. p. 597. n. 1.
(2) Murat. p. 874. n. 1.
(3) Lips. p. 73. n. 10.
(4) Murat. p. 1103. n. 7.
(5) Insc. Sic. Cl. 3. n. 5.
(6) Grut. p. 451. n. 4.
(7) Murat. p. 693. n. 1.
(8) Manut. Orth. p. 140.
(9) Grut. p. 433. n. 4.
(10) Don. Cl. 5. n. 232.
(11) Fabr. p. 104. n. 243.
(12) Murat. p. 238. n. 4.
(13) Gior. Pis. t. 6. p. 255.
(14) Grut. p. 1084. n. 7.
(15) Murat. p. 1978. n. 9.
(16) Fabr. p. 744. n. 521.
(17) Murat. p. 242. n. 2.
(18) Grut. p. 344. n. 9.
(19) Maff. M. V. p. 241. n. 5.
(20) Don. Cl. 5. n. 104.
(21) v. inscr. 310. l. 1.
(22) Fabr. p. 109. n. 266.
(23) Maff. M. V. p. 256. n. 4.
(24) Murat. p. 181. n. 9.
(25) id. p. 336. n. 5.
(26) Maff. M. V. p. 230. n. 1.
(27) Don. Cl. 9. n. 19.
(28) Fabr. p. 450. n. XIII.
(29) Don. Cl. 9. n. 17.
(30) Murat. p. 2016. n. 3.
(31) Fabr. p. 462. n. 91.
(32) Grut. p. 442. n. 6.
(33) id. p. 243. n. 7.
(34) Maff. M. V. p. 321. n. 2.
(35) Oderic. p. 57. diss. 3.
(36) Grut. p. 392. n. 7.
(37) Fabr. p. 448. n. 57.
(38) id. p. 411. n. 352.
(39) v. inscr. 120. l. 1.

CORPVS · FABRVM · NAVALIVM · QVIBVS · EX · S · C · COIRE · LICET (1)
CORPVS · PISTORVM (2)
DECVRIA · SACERDOTVM · BIDENTALIVM (3)
SACERDOTALES · DECVRIONES (4)
DECVRIALES · AEDILIVM · PLEBIS · CEREALIVM (5)
DECVRIALES · PVLLARI · ET · HONORE · VSI (6)
SCRIBAE · ARMAMENTARI (7)
VIATORES · QVI · CAESARIBVS · ET · COS · ET · PR · APPARENT · ET HONORE · VSI (8)
TIBICINES · ROMANI · QVI · SACRIS · PVBLICIS · PRAESTO · SVNT (9)
CONTVBERNIVM · MARTICVLTORVM (10)
APPARITORES · ET · LIMOCINCTI · TRIBVNALIS · EIVS (M. Gavii) (11)
NEGOTIATORES · FRVMENTARII (12)
NEGOTIATORES · OLEARI · EX · BAETICA (13)
MERCATORES · FRVMENTARI · ET · OLEARI · AFRARI (14)
TABERNARII · SALINIENSES (15)
NEGOTIATORES · VESTIARIAE · ET · LINTEARIAE (16)
EXERCITORES · RATIVM · VLPIANARVM (17)
DOMINI · NAVIVM · CARTHAGINENSIVM · EX · AFRICA (18)
NAVTAE · PARISIACI (19)
MERCATORES · QVI · ALEXANDRIAE · ASIAI · SYRIAI · NEGOTIANTVR (20)

§· IIII·

MILITES

TRIBVNI · COHORTIVM · PRAETORIARVM · DECEM · ET · VRBANARVM TRIVM · CENTVRIONES · COHORTIVM · PRAETORIARVM · ET · VRBANARVM ET · STATORVM · EVOCATI · COHORTES · PRAETORIAE · DECEM · ET VRBANAE · X · XII · XIIII · CENTVRIAE · STATORVM (21)
DECVRIONES · ALARVM · · PROVINCIAE · MAVRETANIAE · CAESARENSIS (22)
ALA · I · AVGVSTA · THRACVM (23)
DECVRIONES · ALAE · GETVLORVM · QVIBVS · PRAEFVIT (C. Valerius Clemens) BELLO · IVDAICO · SVB · DIVO · VESPASIANO · AVG · PATRE (24)
ALA · AVGVSTA · OB · VIRTVTEM · APPELLATA · CVI · PRAEEST · P · AELIVS PVB · FIL · SERGIA · MAGNVS · DOMO · MVRSA · EX · PANNONIA INFERIORE (25)
COH · X · PR · V · ANT · (26)
COLLEGIVM (27)
CONLEGIVM · DENDROPHOR · ET · CLASSIAR · MISENATIVM (28)
EXACTI · EXERCITVS (29)
HAEREDES · ET · COLLEGAE (30)
HEREDES · ET · CONTIRONES (31)
CONTVBERNALES (32)
MANIPVLI · EIVS (Coelii Adianti) (33)
Q · SOCCONIVS · Q · F · CRV · PRIMVS · TVDER · ET · EVOCATI · ET MILITES · QVORVM · NOMINA · IN · ARA · SCRIPTA · SVNT (34)
DEVOTA · NVMINI · ET · MAIESTATI · EIVS · COH · II · VIG · (35)
CENTVRIONES · LEG · II · TRAIANAE · FORTIS (36)

(1) Fabr. p. 719. n. 405.
(2) Grut. p. 255. n. 1.
(3) id. p. 96. n. 6.
(4) Fabr. p. 171. n. 33.
(5) Fleetw. p. 109. n. 1.
(6) Murat. p. 239. n. 6.
(7) Grut. p. 253. n. 5.
(8) id. p. 256. n. 4.
(9) id. p. 269. n. 2.
(10) id. p. 55. n. 10.
(11) Maff. M. V. p. 116. n. 2.
(12) Grut. p. 128. n. 2.
(13) Reines. Cl. 6. n. 123.
(14) Lips. p. 68. n. 1.
(15) Zacar. Exc. Litt. p. 54.
(16) Murat. p. 1099. n. 1.
(17) Lips. p. 75. n. 7.
(18) Reines. Cl. 3. n. 21.
(19) Murat. p. 1066. n. 5.
(20) Maff. M. V. p. 478. n. 5.
(21) Fabr. p. 131. n. 68.
(22) Maff. M. V. p. 242. n. 2.
(23) Murat. p. 237. n. 4.
(24) Grut. p. 478. n. 7.
(25) id. p. 1007. n. 3.
(26) id. p. 46. n. 10.
(27) id. p. 175. n. 1.
(28) Maff. M. V. p. 477. n. 10.
(29) Fabr. p. 197. n. 469.
(30) Grut. p. 571. n. 8.
(31) Fabr. p. 138. n. 131.
(32) Grut. p. 540. n. 9.
(33) id. p. 109. n. 8.
(34) Fabr. p. 340. n. 514.
(35) Grut. p. 269. n. 3.
(36) id. p. 445. n. 9.

§. II.

GREGES ET FAMILIAE

GREX · ROMANVS (Pantomimorum) (1)
OPERAE · VETERES · A · SCAENA (2)
ADLECTI · SCAENICORVM (3)
OFFICINATORES · MONETAE · AVRARIAE · CAESARIS (4)
OFFICINATORES · ET · NVMMVLARII · OFFICINARVM · ARGENTARIARVM FAMILIAE · MONETARIAE (5)
LIBERTI · QVI · ET · HEREDES (6)
LIBERTI · CVM · COHEREDIBVS (7)
LIBERTI · LIBERTAE (8)
CLIENTES (9)
FAMILIA (10)
SERVI (11)
FAMILIA · AEDIS (12)
PARENTES (13)
AMICI (14)
DOMVS · C · VALERI · HERMAISCI (15)
MYSTIS · CAESARIS · VILLICVS · ET · FAMILIA · QVAE · SVB · EO · EST (16)
M · MACIVS · SECVNDINVS · CVM · SVIS · OMNIBVS (17)
IVLIVS · ZOSIMVS · · · · CVM · SOCIIS (18)
EX · PECVNIA · SOCIORVM (19)
PECTINARI · LANARI · SODALES (20)
QVI · AD · ID (sepulcrum) TVENDVM · CONTVLERVNT · CONTVLERINT (21)

§. VI.

VSVS EXEMPLORVM ET IMITATIO

Formularum, quas hoc articulo comprehendi, ea varietas est, ut ad auctores monumentorum generatim prodendos raro exemplar idoneum deesse possit. ac plerumque totidem verbis uti liceat, quot antiqui usurparunt: vel si quaedam aliquando commutari oporteat, ea erunt ejusmodi, ut sua sponte occurrant. in ipsis autem veterum formulis nihil inauditum aut recoonditum, ut tironum caussa hic mihi perpauca adnotanda esse videantur. monui jam, *Cives* aliquando (22) non unius urbis populum esse, sed regionis vel pagi unius gentem sive nationem eo nomine designari. porro et *Civitas* interdum idem sonat; itaque scripsit Caesar (23), *Omnis Civitas Helvetiae in quatuor pagos divisa est*. illud etiam a me indicatum memini (24), *Augustales* in municipiis, ut Romae Equites post senatum, proximos a Decurionibus appellatos: quorum nunc loco *Sacerdotes* scribi possunt. jam quia *Vrbs* non immerito *Sacra* dicitur, *Sacrae* item *Regiones* XIIII. jure appellentur. in municipiis, si in tribus aut curias divisus populus sit, recte hunc designes hoc pacto: *IIII. Tribus, III. Curiae*, vel *Vniversae Curiae*. qui autem *Curiati Cosani* nominantur, eos Cosae Decuriones fuisse puto, quasi *e Curia omnes*. *Praefecturae* appellatae urbes, quibus

(1) Grut. p. 1024. n. 5.
(2) id. p. 467. n. 7.
(3) id. p. 330. n. 2.
(4) id. p. 74. n. 1.
(5) id. p. 45. n. 3.
(6) Fabr. p. 460. n. 85.
(7) Grut. p. 1153. n. 2.
(8) id. p. 943. n. 6.
(9) id. p. 398. n. 3.
(10) Fabr. p. 75. n. VII.
(11) Maff. M. V. p. 113. n. 1.
(12) Grut. p. 352. n. 3.
(13) Oderic. p. 221. n. 61.
(14) Grut. p. 883. n. 13.
(15) Don. Cl. 2. n. 10.
(16) Maff. M. V. p. 349. n. 4.
(17) Grut. p. 1008. n. 5.
(18) id. p. 1011. n. 1.
(19) id. p. 883. n. 15.
(20) Fabr. p. 701. n. 221.
(21) Grut. p. 945. n. 10.
(22) v. inscr. 15. lib. 1.
(23) B. G. l. 1. c. 12.
(24) v. inscr. 9. lib. 1.

municipiorum jura non essent, et in quas Praefectus a senatu populoque Romano quotannis mitteretur (1).

Qui sint, qui cum *Plebe Vrbana* cientur, et *Honore Vsi* dicuntur, minus liquet. Tullio sunt, qui magistratum gesserunt: *Homines*, inquit (2), *clari, nobiles et Honore Vsi*: atque hac item formula Plinius diserte Consularem virum designavit (3). ceterum in Auctoritate Centumvirorum Vejentium (4) *Honore Vsus* dicitur vel qui *Augustalis* creatus esset. porro mirum videri possit, *Viros Honoratos* post *Plebem* scriptos esse, ut habent binae Vrbinatium inscriptiones (5), quum reliquis in titulis *Plebs* post *Decuriones* et *Augustales* semper nominetur. num igitur Vrbinates δημοκρατουμενοι, ut magistratus ipsi primas plebi concederent, fascesque submitterent? an potius *Honore Vsi* appellantur, qui libertatem adepti in apparitorum decurias adlecti fuerant, et munere defuncti missionem denique impetraverant? est sane apud Gruterum (6) qui *Viator Honoratus* dicatur *Decuriae Consularis Et Praetoriae;* tum haec apud Tullium de infimis id genus hominibus dicta legas: *Quum Decuriam emerunt, ex primo ordine explosorum in secundum ordinem civitatis se venisse dicunt* (7). adde, aliis in titulis (8) *Honore Vsos* post *Decuriales Pullarios* et *Viatores* nominari: haec mihi argumento sunt, *Honore Vsos*, quum post *Plebem* appellantur, non alios esse, quam novos cives, e libertorum numero, qui honorem aliquem inter plebejos usurparant, cujus caussa proximi a plebe urbana censerentur, ut ut gradu post uno etiamtum sederent. *Alimentarii* sunt pueri fere et puellae, quibus Imperatores alimenta adsignaverant. *Decumani Narbonenses* dicti publicani, qui decumas provinciae Narbonensis a populo Romano redemerant. *Conventus Tarraconensis* sunt cives Romani Tarracone consistentes (9). *Amatores Regionis Macelli* idem esse puto, atque *Amicos incolas regionis Macelli*, qui scilicet Praeneste statuam L. Statio Prospero posuerant (10). de *Sororibus Piissimis* dixi ad inscr. cxx. libri primi.

Exacti Exercitus in Fabretti inscriptione (11) dicuntur, opinor, ipsi milites, quos P. Besius duxerat ad bellum: is enim fuisse dicitur *Praefectus Cohortis I. Rhaetorum, Trib. Leg. X. G. P. F. Praef. Alae Dardanorum*. *Exigere* autem pro *Educere* Varro non semel usurpavit (12). *Greges* appellatae Mimorum potissimum et histrionum catervae. *Familia Aedis* sunt Aeditui. Tullius vero sectas quoque Philosophorum *Familias* appellavit (13). atque haec satis: nam glossaria cuique in promptu sunt: tum quae magis idonea, legere singuli, et in usum transferre suum facile possunt.

(1) v. inscr. 311. l. 1.
(2) de Inv. l. 1. c. 54. n. 103.
(3) H. N. l. 7. c. 43. n. 44.
(4) v. inscr. 309. lib. 1. et Maff. M. V. p. 145. c. 2.
(5) Grut. p. 353. n. 6. et p. 387. n. 8.
(6) p. 586. n. 6.
(7) l. 3. in Verr. c. 79. n. 184.
(8) Murat. p. 239. n. 6. Grut. p. 256. n. 4.
(9) v. inscr. 311. l. 1.
(10) v. Fabr. p. 411. n. 352.
(11) p. 197. n. 469.
(12) de R. R. l. 2. c. 3. et 4.
(13) de orat. l. 1. c. 10. n. 39.

CAPVT VIII.

Formulae ex veterum inscriptionibus ad res plerasque designandas et ornandas aptae

Mvlta saepe uno in titulo eaque non raro diversa tractantur: ut dictionum numerus interdum non exiguus et plane varius vel ad unius inscriptionis textum requiratur. quare germanae veterum dictiones alias mihi in partes distribuendae sunt, quam inscriptionum sint genera constituta: quo singulis etiam generibus excolendis multae simul dissimilesque dictiones tironibus praesto sint. neque tamen huc omnia plane congesta putes, quae passim in collectaneis leguntur: pleraque hic invenies, et quae maxime scribentem juvare possint. nam quae vel propter veterem superstitionem vel ob mutatos mores omnino inutilia videbantur, ea consulto praetermisi: praetermisi fere et suspecta, ne cui erroris caussam praeberem. sic autem locis, quos hic proponam, tirones utantur, velim, ut ab exemplis libri primi et verborum ordinem et formularum sedem addiscant. tum si quid hoc capite occurret, quod jam libris superioribus se legisse meminerint, nolim illico imprudentiae me aut negligentiae accusent: consulto id factum, et ipsorum caussa factum sciant; ne saepius ad priores libros redire opus esset, atque ut formularum varietatem ob oculos haberent.

PARS I.

VOTA ET VOTORVM CAVSSAE

§. 1.

VOTA

EX · VOTO (1)
EX · VOTO · VALERIAE · PATRONAE · SVAE (2)
EX · VOTO · DONVM · DEDIT (3)
EX · VOTO · LIBENS · MERITO · POSVIT (4)
EX · VOTO · DONVM · POSVIT · PRO · SE · ET · SVIS (5)
EX · VOTO · L · M · ARAM · ET · PAVIMENTVM · S · P · RESTITVERVNT (6)
EX · VOTO · A · SOLO · TEMPLVM · EX · SVO · FECERVNT · COLLEGIO · VTRICLARIORVM (7)
VOTO · SOLVTO (8)
VOTO · SVSCEPTO (9)
EX · VOTO · SVSCEPTO (10)
VOTO · SVSCEPTO · REDDIDIT (11)
EX · VOTO · SVSCEPTO · L · M · (12)
VOTVM · SOLVIT · LAETVS · LIBENS (13)
VOTVM · LIBENS · SOLVIT · MERITO (14)
VOTVM · LAETVS · LIBENS · SOLVIT (15)

(1) Maff. M. V. p. 413. n. 1.
(2) Murat. p. 49. n. 5.
(3) Maff. M. V. p. 457. n. 1.
(4) id. ibid. p. 237. n. 1.
(5) Murat. p. 110. n. 2.
(6) Fabr. p. 20. n. 82.
(7) Mars. Dan. 2. p. 133. 2.
(8) Murat. p. 57. n. 6.
(9) Maff. M. V. p. 252. n. 4.
(10) Murat. p. 22. n. 5.
(11) Maff. M. V. p. 287. n. 11.
(12) Fabr. p. 632. n. 269.
(13) Fabr. de Aq. diss. 2. p. 198.
(14) Maff. M. V. p. 237. n. 3.
(15) Murat. p. 21. n. 5.

VOTVM · SOLVIT · LIBENS · ANIMO (1)
VOTVM · ANIMO · LIBENS · SOLVIT (2)
VOTVM · SOLVENS · DONVM · DEDIT (3)
PRO · VOTO · DEDIT (4)
DEDICAVIT · IDEMQVE · VOVIT (5)
EX · VOTO · DONVM · POSVIT · ET · DEDICAVIT (6)
VT · VOVIT (7)
ARAM · CVM · SVIS · ORNAMENTIS · VT · VOVERAT · D · D · (8)
QVOD · IN · VRBE · DONVM · VOVERAT · AQVILEIAM · PERLATVM · LIBENS · POSVIT (9)
PRIMVS · OMNIVM · ARAM · TIBERINO · POSVIT · QVAM · CALIGATVS · VOVERAT (10)
AEDEM · MATRIS · MAGNAE · EX · VOTO · SVSCEPTO · FECERVNT (11)
FANVM · REFECIT · ET · PRONAVM · DE · SVO · FECIT · EX · VOTO (12)
SIGNVM · ARGENTEVM · PONDO · V · VOTO · SVSCEPTO · DEDERVNT (13)
AD · AMPLIATIONEM · TEMPLI · ET · GRADVS · DONAVIT ⋈ CXXV · VOT · SOL · LIB · AN · (14)
QVAE · SVPERIORIS · ANNI · MAGISTRI · VOVERANT · PERSOLVIT · ET · IN · PROXIMVM ANNVM · NVNCVPAVIT (15)
QVOD · HODIE · VOVIMVS · AST · TV · EA · ITA · FAXSIS · TVNC · TIBI · IN · EADEM VERBA · NOMINE · COLLEGI · FRATRVM · ARVALIVM · BOVEM · AVRATAM · VOVEMVS ESSE · FVTVRAM (16)
CVM · DONO · VOTVM · SOLVIT · LIBENS · MERITO (17)
VOTI · COMPOS · REDDITVS (18)
QVOD · PRO · SE · ET · FLAVIIS · RESTITVTO · FLAVIANO · IANVARIO · FILIIS · SVIS VOVERANT · VOTVM · SOLVERVNT · LIBENTES · MERITO (19)
PONTIFICVM · MONITV · VOTO · SVSCEPTO (20)
VOTVM · REDDIDIT (21)
VOTO · SVSCEPTO · C · HERODES · DE · SVA · IMPENDIA · DONVM · DEDIT · EID · APRIL · L · ANTISTIO · ET · CLAVDIO · NERONE · COS · (22)
GENIO · VOTIS · PVBLICIS (23)
VOTA · AD · PRINCIPEM · ARAM · PERSOLVERVNT (24)

§· II·

VOTORVM CAVSSAE

OB · REDITVM · M · CALEVII · PACATI · M · VEBIVS · M · L · GEMINVS · EX · VOTO (25)
OB · INSIGNEM · CIRCA · SE · NVMINIS · EIVS · EFFECTVM · V · S · L · M · (26)
OB · CIVES · SERVATOS (27)
OB · AGRIPPINAE · PVERPERIVM (28)
EIVS · REI · ERGO · AEDEM · LARIBVS · PERMARINIS · VOVIT (29)
PRO · SALVTE · DOMINORVM (30)

(1) Maff. M. V. p. 456. n. 2.
(2) Murat. p. 23. n. 6.
(3) Grut. p. 18. n. 8.
(4) Donat. suppl. p. 57. n. 9.
(5) Maff. M. V. p. 237. n. 7.
(6) Fabr. p. 624. n. 210.
(7) Maff. M. V. p. 79. c. 2.
(8) Murat. in praef. p. 110.
(9) Grut. p. 36. n. 15.
(10) Fabr. p. 432. n. 6.
(11) id. p. 648. n. 412.
(12) Maff. M. V. p. 82. n. 3.
(13) Fabr. p. 726. n. 444.
(14) id. p. 669. n. 526.
(15) Grut. p. 118.
(16) Fabr. p. 443. n. 51.
(17) Murat. p. 87. n. 11.
(18) Donat. suppl. p. 62. n. 7.
(19) Maff. M. V. p. 236. n. 3.
(20) Grut. p. 66. n. 8.
(21) id. p. 1075. n. 5.
(22) id. p. 1070. n. 6.
(23) id. p. 1075. n. 11.
(24) Cic. de Harus. R. c. 13. n. 28.
(25) Maff. M. V. p. 353. n. 1.
(26) Murat. p. 141. n. 1.
(27) Grut. p. 1064. n. 8.
(28) Svet. in Cal. c. 8. n. 3.
(29) Liv. l. 40. c. 28. n. 52.
(30) Grut. p. 109. n. 7.

PRO · SALVTE · ET · REDITV · DOMINORVM · N · (1)

PRO · SALVTE · ET · GLORIA · IMP · CAES · M · AVRELII · ANTONINI · AVG · (2)

PRO · SALVTE · ITV · REDITV · ET · VICTORIA · IMP · CAES · (3)

PRO · SALVTE · IMP · ANTONINI · GORDIANI · PII · FEL · AVG · TOTIVSQVE · DOMVS DIVINAE · PROQVE · STATV · CIVITATIS (4)

PRO · SALVTE · ET · INCOLVMITATE · P · VALERII (5)

PRO · SALVTE · COLONIAE · ET · ORDINIS · DECVRIONVM · ET · POPVLI · TVDERTIS (6)

PRO · SALVTE · SVORVM (7)

VOTVM · IN · SICVLO · FRETO · SVSCEPTVM · SOLVIT (8)

ANCIPITI · MORBO · RECREATVS (9)

VOTO · SVSCEPTO · MISSVS · HONESTA · MISSIONE (10)

QVOD · COH · DOCTOR · VOVERAT · NVNC · CAMPI · DOCTOR · COH · I · PR · P · V · SOMNIO · ADMONITVS · POSVIT (11)

REVERSVS · AB · EXPEDITIONE · BVRICA · EX · VOTO · POSVIT (12)

QVOD · PROFICISCENTES · EXPEDITIONIBVS · SACRIS · VOVERANT · REGRESSI · CVM COMMANIPVLIS · LIBENTES · VOTVM · SOLVERVNT (13)

LAETI · LIBENTES · VOTA · SOLVERVNT · QVAE · PEREGRE · CONSTITVTI · PRO · ITV AC · REDITV · FELICI · SVO · ET · SVORVM · VOVERANT (14)

V · S · L · M · LIBERTATIS · CAVSSA (15)

PRO · AEMILIA · PETELINA · CONIVGE · SIBI · RESTITVTA · EX · VOTO · SVSCEPTO ARAM · CONSECRAVIT (16)

FRATRVM · ARVALIVM · NOMINE · VOTA · NVNCVPAVERVNT · PRO · SALVTE · IMP · VESPASIANI (17)

EX · VOTO · SVSCEPTO · QVOD · DIV · ERAT · NEGLECTVM · NEC · REDDITVM (18)

VOVIT · MAGNOS · LVDOS · IOVI · OPT · MAX · SI · RES · PVBLICA · IN · MELIOREM STATVM · VERTISSET (19)

DECREVIT · SENATVS · VT · C · POPILIVS · COS · LVDOS · PER · DIES · X · IOVI · OPT · MAX · VOVERET · DONAQVE · CIRCA · OMNIA · PVLVINARIA · DARI · SI · RES PVB · X · ANNOS · IN · EODEM · STATV · FVISSET (20)

SENATVS · VTERVM · POPPAEAE · COMMENDAVERAT · DIIS · VOTAQVE · PVBLICE SVSCEPERAT · QVAE · MVLTIPLICATA · EXSOLVTAQVE · ET · ADDITAE SVPPLICATIONES · TEMPLVMQVE · FECVNDITATI · ET · CERTAMEN · AD · EXEMPLAR ACTIACAE · RELIGIONIS · DECRETVM · VTQVE · FORTVNARVM · EFFIGIES · AVREAE IN · SOLIO · CAPITOLINI · IOVIS · COLLOCARENTVR · LVDICRVM · CIRCENSE · VT IVLIAE · GENTI · APVD · BOVILLAS · ITA · CLAVDIAE · DOMITIAEQVE · APVD ANTIVM · EDERETVR (21)

PRO · SALVTE · DOMVS · AVGVSTORVM · IMP · CAES · M · AVRELI · ANTONINI · AVG · ARMENIACI · PARTHICI · MAXIMI · MEDICI · ET · FAVSTINAE · AVG · EIVS · ET IMP · CAES · L · AVRELI · VERI · AVG · ARMENIACI · PARTHICI · MAXIMI · MEDICI ET · LVCILLAE · AVGVSTAE · EIVS · LIBERORVMQVE · EORVM (22)

PRO · SALVTE · TI · CLAVDI · CAES · GERMANICI · PONT · MAX · TRIB · POTEST · X · IMP · XIIX · COS · IIII · DESIGN · V · SIGN · ARG · P · X · ET · PRO · SALVTE

(1) Fabr. p. 689. n. 107.
(2) id. p. 616. n. 136.
(3) Bimard. in Mur. t. 1. p. 117.
(4) Grut. p. 29. n. 14.
(5) id. p. 12. n. 9.
(6) id. p. 19. n. 6.
(7) id. p. 1064. n. 7.
(8) id. p. 62. n. 6.
(9) Murat. p. 111. n. 4.
(10) Grut. p. 108. n. 6.
(11) id. p. 80. n. 2.
(12) Vels. mon. per. n. 25.
(13) Grut. p. 46. n. 10.
(14) Lup. epit. Sev. M. p. 69.
(15) Fabr. p. 700. n. 213.
(16) id. p. 470. n. 109.
(17) id. p. 442. n. 49.
(18) id. p. 684. n. 83.
(19) Svet. in Aug. c. 23. n. 3.
(20) Liv. l. 42. c. 23. n. 28.
(21) Tac. Ann. l. 15. c. 23.
(22) Grut. p. 1009. n. 12.

NERONIS · CAESARIS · F · AGRIPPINAE · AVG · SIGN · ARG · P · V · VOTO SVSCEPTO (1)

PRO · SALVTE · DOM · N · IMP · L · SEPT · SEVERI · AVG · TOTIVSQVE · DOMVS EIVS (2)

VOTO · SVSCEPTO · PRO · A · AQVILLIO · G · F · POM · VALENTE · IIII · VIRO · I · D · DESIGNATO (3)

OB · PROCESSVS · SVOS · CVM · VALERIA · NICE · CONIVGE · ET · AVRELIIS · DIOSCORIS ET · VICTORINA · FILIS · D · D · (4)

Processus, opinor, *suos* vocat T. Aurelius Dioscorus libertatem, quam ei M. Aurelius Aug. largitus fuerat, ut *Augusti Liberti* ipse dici possent et uxor, filii jam in libertinorum numero censerentur.

M · ANICIVM · PRO · MILITIBVS · QVI · CASILINI · IN · PRAESIDIO · FVERINT · VOTVM VOVISSE (5) titulum hunc tribus signis in aede Fortunae Praenestinae positis subjectum fuisse, scribit Livius.

SI · RES · PVBLICA · POPVLI · ROMANI · QVIRITIVM · AD · QVINQVENNIVM · PROXIMVM SICVT · VELIM · EAM · SALVA · SERVATA · ERIT · HISCE · DVELLIS · DATVM DONVM · DVIT · POPVLVS · ROMANVS · QVIRITIVM · · · (6)

OB · DETECTA · NEFARIA · CONSILIA · · · (7)

OB · EFFECTA · IN · HAC · STATIONE · ANNVA · CENTENA (8)

PARS II.

SACRA ET DEDICATIONES ATQVE INSTAVRATIONES MONVMENTORVM SACRORVM

§. I.

SACRA

SACRVM · NOVENDIALE (9)

OBSECRATIO · IN · VNVM · DIEM · POPVLO · INDICTA (10)

SVPPLICATIONES · OB · REM · BENE · GESTAM (11)

VII · IDVS · IANVAR · IN · PRONAO · AEDIS · CONCORDIAE · FRATRES · ARVALES SACRIFICIVM · DEAE · DIAE · INDIXERVNT (12)

DECEMVIRI · SVPPLICATIONEM · IN · BIDVVM · VALETVDINIS · CAVSSA · IN · VRBE · ET PER · OMNIA · FORA · ET · CONCILIABVLA · EDIXERVNT (13) · *Fora* autem et *Conciliabula* hic sunt agri Romani oppidula, in quibus jus dicebatur, et nundinae rusticorum fiebant: et *Fora* quidem appellata, quae frequentiora essent, *Conciliabula*, quae minus celebrarentur (14).

PRODIGIORVM · AVERRVNCANDORVM · CAVSSA · SVPPLICATIONES · IN · BIDVVM · SENATVS DECREVIT · PVBLICE · VINVM · AC · THVS · SACRIFICIIS · PRAEBITVM (15)

SENATVS · CENSVIT · ET · CONSVLES · EDIXERVNT · VT · PER · TOTAM · ITALIAM SVPPLICATIO · ET · FERIAE · ESSENT (16)

(1) Fabr. p. 726. n. 444.
(2) Spon. Misc. p. 106.
(3) Grut. p. 56. n. 13.
(4) id. p. 70. n. 3.
(5) Liv. l. 23. c. 14. n. 20. v. Maff. Art. Cr. L. p. 37.
(6) id. l. 22. c. 7. n. 10.
(7) Grut. p. 117. n. 3.
(8) in ara prope Ariciam nuper reperta.
(9) Liv. l. 25. c. 6. n. 17.
(10) id. l. 26. c. 18. n. 23.
(11) id. l. 10. c. 14. n. 21.
(12) Fabr. p. 444. n. 51.
(13) Liv. l. 40. c. 17. n. 37.
(14) v. Turneb. Ad. l. 1. c. 11.
(15) Liv. l. 10. c. 16. n. 23.
(16) id. l. 40. c. 9. n. 19.

DECEMVIRI · RENVNTIARVNT · IEIVNIVM · INSTITVENDVM · CERERI · ESSE · ET · ID QVINTO · QVOQVE · ANNO · SERVANDVM · ET · VT · NOVENDIALE · SACRVM FIERET · ET · VNVM · DIEM · SVPPLICATIO · ESSET · CORONATI · SVPPLICARENT ET · CONSVL · P · CORNELIVS · QVIBVS · DIIS · QVIBVSQVE · HOSTIIS · EDIDISSENT DECEMVIRI · SACRIFICARET (1)

DECREVERE · ITEM · PONTIFICES · VT · VIRGINES · TER · NOVENAE · PER · VRBEM EVNTES · CARMEN · CANERENT (2)

MATRONAE · PRIMORES · CIVITATIS · PER · MANVS · SVCCEDENTES · DEINCEPS · ALIAE ALIIS · OMNI · EFFVSA · CIVITATE · OBVIAM · THVRIBVLIS · ANTE · IANVAS POSITIS · QVA · PRAEFEREBATVR · ATQVE · ACCENSO · THVRE · PRECANTIBVS · VT VOLENS · PROPITIAQVE · VRBEM · ROMAM · INIRET · IN · AEDEM · VICTORIAE QVAE · EST · IN · PALATIO · PERTVLERE · DEAM · PRIDIE · ID · APRIL · ISQVE DIES · FESTVS · FVIT (3)

EA · OMNIA · SACRIFICIA · LAETA · FVERVNT · PRIMISQVE · HOSTIIS · PERLITATVM EST (4) id est, Dii placati, nihil ut praeterea poscerent.

SENATVS · CONSVLTVM · FIT · FANA · OMNIA · QVOD · EA · HOSTES · POSSEDISSENT RESTITVERENTVR · TERMINARENTVR · EXPIARENTVRQVE · EXPIATIOQVE · EORVM IN · LIBRIS · PER · DVVMVIROS · QVAERERETVR · CVM · CAERETIBVS · PVBLICE HOSPITIVM · FIERET · QVOD · SACRA · POPVLI · ROMANI · AC · SACERDOTES RECEPISSENT · BENEFICIOQVE · EIVS · POPVLI · NON · INTERMISSVS · HONOS DEVM · IMMORTALIVM · ESSET · LVDI · CAPITOLINI · FIERENT · QVOD · IVPITER OPTIMVS · MAXIMVS · SVAM · SEDEM · ATQVE · ARCEM · POPVLI · ROMANI IN · RE · TREPIDA · TVTATVS · ESSET · COLLEGIVMQVE · AD · EAM · REM · M · FVRIVS · DICTATOR · CONSTITVERET · EX · IIS · QVI · IN · CAPITOLIO · ATQVE · ARCE HABITARENT (5)

OBSECRATIONES · IN · TEMPLIS · FACTAE · PRECIBVSQVE · AB · DIIS · PETITVM · VT EXITIVM · AB · VRBIS · TECTIS · TEMPLISQVE · AC · MOENIBVS · ROMANIS · ARCERENT VEIOSQVE · EVM · AVERTERENT · TERROREM · SI · SACRA · RENOVATA · RITE · SI PROCVRATA · PRODIGIA · ESSENT (6)

K · AVGVST · SPEI · AD · FORVM · HOLITORIVM · NATAL · TI · CLAVDI · GERMANICI (7) haec et quae sequuntur, e veterum Kalendariis fere deprompta.

III · N · FERIAE · QVOD · HOC · DIE · IMP · CAESAR · HISPANIAM · CITERIOREM · VICIT (8)

NONAE · C · SALVTI · IN · COLLE · QVIRINALE (9)

VIII · F · SACRIFICIVM · PVBLICVM (10)

III · N · P · FERIAE · ARAE · OPIS · FT · CERERIS · IN · VICO · IVGARIO · CONSTITVTAE SVNT (11)

EIDVS · DIANAE · IN · AVENTINO · ET · VORTVMNO · IN · LORETO · MAIORE (12)

PORTVNO · AD · PONTEM · AEMILIVM (13)

IEIVNIVM · CERERIS (14)

FERIAE · EX · S · C · QVOD · EO · DIE · ARA · PACIS · AVG · IN · CAMPO · MARTIO CONSTITVTA (15)

FERIAE · QVOD · EO · DIE · C · CAESAR · EST · NATVS (16)

(1) id. l. 36. c. 24. n. 37.
(2) id. l. 27. c. 31. n. 37.
(3) id. l. 29. c. 12. n. 14.
(4) id. l. 36. c. 1. n. 1.
(5) id. l. 5. c. 29. n. 50.
(6) id. l. 5. c. 11. n. 18.
(7) Grut. p. 134.
(8) id. ibid.
(9) id. ibid.
(10) id. ibid.
(11) id. ibid.
(12) id. ibid.
(13) Murat. p. 150. n. 1.
(14) id. ibid.
(15) id. ibid.
(16) id. ibid.

FERIAE · EX · S · C · QVOD · EO · DIE · IMP · CAESAR · DIVI · F · REMPVBLIC · TRISTISSIMO · PERICVLO · LIBERAT (1)

FERIAE · QVOD · EO · DIE · C · CAES · C · F · PHARSALI · DEVICIT (2)

FERIAE · QVOD · EO · DIE · ARAE · CERERI · MATRI · ET · OPI · AVGVSTAE · EX VOTO · SVSCEPTO · CONSTITVTAE · SVNT · CRETICO · ET · LONG · COS · (3)

FERIAE · EX · S · C · QVOD · EO · DIE · DIVO · AVGVSTO · HONORES · CAELESTES · A SENATV · DECRETI (4)

VII · QVOQVE · IDVS · IANVAR · QVA · DIE · PRIMVM · IMPERIVM · ORBIS · TERRARVM (Augustus) AVSPICATVS · EST · THVRE · VINO · SVPPLICENT · ET · HOSTIAS SINGVLAS · IMMOLENT (5)

V · (Id. Ianuar.) IMP · CAESAR · AVGVSTVS · HIRTIO · ET · PANSA · COS · VII · EPVL · CREATVS (6)

PR · (Non. April.) C · LVDI · M · D · M · I · MEGALENSIA · VOCANTVR · QVOD EA · DEA · MEGALE · APPELLATVR · NOBILIVM · MVTITATIONES · CENARVM SOLITAE · SVNT · FREQVENTER · FIERI · QVOD · MATER · MAGNA · EX · LIBRIS SIBVLLINIS · ARCESSITA · LOCVM · MVTAVIT · EX · PHRYGIA · ROMAM (7)

VII · (K. Majas) ROB · NP · FERIAE · ROBIGO · VIA · CLAVDIA · AD · MILLIARIVM V · NE · ROBIGO · FRVMENTIS · NOCEAT · SACRIFICIVM · ET · LVDI · CVRSORIBVS MAIORIBVS · MINORIBVSQVE · FIVNT (8)

IIII · (K. Majas) NP · LVDI · FLORAE · FERIAE · EX · S · C · QVOD · EO · DIE · AEDIS VESTAE · IN · DOMV · IMP · CAESARIS · AVG · PONT · MAX · DEDICATAST QVIRINIO · ET · VALGIO · COS · EODEM · DIE · AEDIS · FLORAE · QVAE · REBVS FLORESCENDIS · PRAEEST · DEDICATA · EST · PROPTER · STERILITATEM FRVGVM (9)

NON · N · CONCORDIAE · IN ARCE · FERIAE · EX · S · C · QVOD · EO · DIE · IMPERATOR CAESAR · AVGVSTVS · PONTIFEX · MAXIMVS · TRIB · POTEST · XXI · COS · XIII · A · SENATV · POPVLOQVE · ROMANO · PATER · PATRIAE · APPELLATVS (10)

§. II.

DEDICATIONES

DEDICAVIT · ET · CONSECRAVIT (11)

CVIVS · REI · ERGO · HANC · TABVLAM · DONVM · IOVI · DEDIT (12)

DE · MVLTA · DAMNATORVM · QVADRIGAE · INAVRATAE · IN · CAPITOLIO · POSITAE IN · CELLA · IOVIS · SVPRA · FASTIGIVM · AEDICVLAE · ET · XII · CLYPEA INAVRATA (13)

AEDILES · CVRVLES · FOENERATORVM · BONIS · MVLTATIS · EX · EO · QVOD · IN PVBLICVM · REDACTVM · EST · AENEA · IN · CAPITOLIO · LIMINA · ET · TRIVM MENSARVM · ARGENTEA · VASA · IN · CELLA · IOVIS · IOVEMQVE · IN · CVLMINE CVM · QVADRIGIS · ET · AD · FICVM · RVMINALEM · SIMVLACRA · INFANTIVM CONDITORVM · VRBIS · SVB · VBERIBVS · LVPAE · POSVERVNT (14)

DECEMVIRORVM · MONITV · DECRETVM · EST · IOVI · PRIMVM · DONVM · FVLMEN

(1) Murat. p. 150. n. 1.
(2) id. ibid.
(3) id. ibid.
(4) id. ibid.
(5) Grut. p. 229.
(6) Kal. Praenest.
(7) in eod. Kalend.
(8) in eod. Kalend.
(9) in eod. Kalend.
(10) Grut. p. 136. n. 2.
(11) Don. Cl. 1. n. 70.
(12) Liv. l. 41. c. 28. n. ult.
(13) id. l. 35. c. 32. n. 41.
(14) id. l. 10. c. 16. n. 23.

AVREVM · PONDO · QVINQVAGINTA · FIERET · IVNONI · MINERVAEQVE · EX · ARGENTO DONA · DARENTVR · ET · IVNONI · REGINAE · IN · AVENTINO · IVNONIQVE · SOSPITAE LANVVII · MAIORIBVS · HOSTIIS · SACRIFICARETVR (1)

AEDILES · PLEBIS · EX · ARGENTO · MVLTATITIO · TRIA · SIGNA · AENEA · CERERI LIBEROQVE · ET · LIBERAE · POSVERVNT (2)

AEDEM · IVNONIS · SOSPITAE · IN · FORO · OLITORIO · VOTAM · LOCATAMQVE QVADRIENNIO · ANTE · A · C · CORNELIO · CONSVLE · GALLICO · BELLO · CENSOR IDEM · DEDICAVIT (3)

LEGATI · AB · REGE · ATTALO · CORONAM · AVREAM · CCXXXXVI · PONDO · IN · CAPITOLIO POSVERVNT (4)

DECVMAM · PARTEM · HERCVLI · PRO · REDITV · FELICISSIMO · EX · AFRICA · VIBI FRATRIS · ET · PRO · SALVTE · PETINAE · MATRIS · SIGNA · AVREA · FORTVNAE PRAENESTINAE · ET · FERONIAE · SANCTISSIMAE · DEDICAVIT · T · VINIO CONSVLE (5)

DE · PECVNIA · SVA · LARIBVS · SACRVM · DEDERE (6)

DICTATOR · CORONAM · AVREAM · LIBRAE · PONDO · EX · PVBLICA · PECVNIA · POPVLI IVSSV · IN · CAPITOLIO · IOVI · DONVM · POSVIT (7)

IMAGINES · ARGENTEAS · DEORVM · SEPTEM · POST · DEDICATIONEM · SCHOLAE · ET MVTVLOS · CVM · TABELLA · AENEA · DE · SVA · PECVNIA · DEDERVNT (8)

IMP · CAES · NERVAE · TRAIANI · OPTIMI · AVG · GERM · DACICI · IMAGINES · ARGENTEAS PARASTATICAS · CVM · SVIS · ORNAMENTIS · ET · REGVLIS · ET · BASIBVS · ET CONCAMERATIONE · FERREA · C · IVLIVS · NYMPHIVS · DEC · ANNALIS · SVA PECVNIA · POSVIT · DONVMQVE · DEDIT (9). de *imaginibus parastaticis* minus placent, quae a Reinesio e Fleetwoodo traduntur (10): hoc, opinor, nomine appellatae Προτομαι, quae parieti haererent, neque integre exstarent; quod et *Parastatae* in aedificiis muro inserti minus eminent, quam columnae, quae fere parietem nec tangunt. itaque *Imagines Parastaticas* recte dixeris tot illos Clypeos sive vultus Pontificum Maximorum, quibus Innocentius X. P. M. pilas plerasque templi Vaticani exornavit.

EPISTYLIVM · SVA · PECVNIA · EXORNAVIT · IDEMQVE · DEDICAVIT (11)

AEDEM · CVM · OMNI · CVLTV · CONSECRAVIT (12)

AEDEM · SIGNVM · PORTICVS · DE · PECVNIA · SVA · DEDIT (13)

SOLI · ET · LVNAE · DONVM · POSVERVNT (14)

LARIBVS · PVBLICIS · DEDIT · IMAGINES · ARGENTEAS · DVAS (15)

DE · ARTE · SVA · DIANAE · DONVM · POSVIT (16)

GRATIAS · AGENTES · NVMINI · TVO · D · D · (17)

MERITO · LIBENTES · FECERVNT (18)

C · MAGVLNIVS · · · C · SAVFEIVS · · · SACRAVERVNT (19)

MARMOREOS · LARES · DE · SVA · PECVNIA · POSVERVNT (20)

PRO · SALVTE · FILII · MEI · ET · MEORVM · DONVM · HERCVLI · POSVI (21)

DONVM · DE · PECVNIA · SVA · DEDIT (22)

(1) id. l. 22. c. 2. n. 1.
(2) id. l. 33. c. 16. n. 25.
(3) id. l. 34. c. 27. n. 53.
(4) id. l. 32. c. 18. n. 27.
(5) Maff. M. V. p. 471. n. 2.
(6) Bert. Ant. Aqu. p. 80. n. 49.
(7) Liv. l. 4. c. 4. n. 20.
(8) Grut. p. 170. n. 4. v. inscr. 278. l. 1.
(9) Fabr. p. 688. n. 100.
(10) Rein. Cl. 1. n. 105. Fleetw. p. 40. n. 1.
(11) Maff. M. V. p. 456. n. 4.
(12) Fabr. p. 411. n. 353.
(13) Maff. M. V. p. 80. n. 2.
(14) Gor. Inscr. t. 1. p. 335. n. 4.
(15) Ors. Mar. Erud. t. 1. p. 4.
(16) Murat. p. 146. n. 2.
(17) Grut. p. 70. n. 4.
(18) id. p. 49. n. 1.
(19) Murat. p. 132. n. 1.
(20) id. p. 480. n. 8.
(21) Fabr. p. 696. n. 178.
(22) Grut. p. 1072. n. 6.

GENIVM · CENTVRIAE · CVM · BASE · MARMOREA · TESTAMENTO · PONI · IVSSIT (1)

SIGNVM · ET · BASIM · EX · VISO · POSVIT (2)

EX · STIPE · QVAM · POPVLVS · ROMANVS · ANNO · NOVO · APSENTI (Augusto) CONTVLIT · NERONE · CLAVDIO · DRVSO · T · QVINCTIO · CRISPINO · COS · VOLCANO (3)

IN · SACRARIO · CERERIS · ANTIATINAE · DEOS · SVA · IMPENSA · POSVIT (4)

IN · PRAEDIO · SVO · DONVM · POSVIT (5)

TEGVLAS · AENEAS · AVRATAS · CVM · CARPVSCVLIS · ET · VESTITVRIS · BASIVM ET · SIGNA · CASTORIS · ET · POLLVCIS · CVM · EQVIS · ET · SIGNA · HERCVLIS ET · MERCVRI · DE · SVO · DEDIT (6) *Carpusculos* bases minores esse puto, quibus hypobases subjectae sint. *Carpos* et *Carpiscos* calceamentorum genera esse ostendit Salmasius (7), unde *Carpusculos* ab architectis appellatos statuarum plinthos crediderim.

CRATERAM · ARGYROCORINTHIAM · CVM · BASI · SVA · ET · HYPOBASI · MARMOREA · SVA PECVNIA · DONVM · DEDERVNT (8)

DEBELLATIS · INTER · RHENVM · ALBIMQVE · NATIONIBVS · EXERCITVM · TIBERII CAESARIS · EA · MONIMENTA · MARTI · ET · IOVI · ET · AVGVSTO · SACRAVISSE (9)

IN · AEDEM · HERCVLIS · SIGNVM · DEI · IPSIVS · EX · DECEMVIRORVM · RESPONSO · ET SEIVGES · IN · CAPITOLIO · AVRATI · AB · P · CORNELIO · POSITI · ET · DVODECIM CLYPEA · AVRATA · AB · AEDILIBVS · CVRVLIBVS · P · CLAVDIO · PVLCHRO · ET SER · SVLPICIO · GALBA · SVNT · POSITA · EX · PECVNIA · QVA · FRVMENTARIOS OB · ANNONAM · COMPRESSAM · DAMNARVNT (10)

IN · SACELLO · PVDICITIAE · PATRICIAE · QVAE · IN · FORO · BOARIO · EST · AD · AEDEM ROTVNDAM · HERCVLIS (11)

BELLO · PERFECTO · DONVM · AMPLIVM · VICTOR · AD · MEA · TEMPLA · PORTATO SACRAQVE · PATRIA · QVORVM · OMISSA · CVRA · EST · INSTAVRATA · VT · ASSOLET FACITO (12)

TE · SIMVL · IVNO · REGINA · QVAE · NVNC · VEIOS · COLIS · PRECOR · VT · NOS VICTORES · IN · NOSTRAM · TVAMQVE · MOX · FVTVRAM · VRBEM · SEQVARE · VBI TE · DIGNVM · AMPLITVDINE · TVA · TEMPLVM · ACCIPIAT (13)

POPVLVM · ROMANVM · VICTORIAM · (statuam scilicet auream Victoriae) OMENQVE ACCIPERE · SEDEMQVE · EI · SE · DIVAE · DARE · DICARE · CAPITOLIVM · TEMPLVM IOVIS · OPTIMI · MAXIMI · IN · EA · ARCE · VRBIS · ROMAE · SACRATAM · VOLENTEM PROPITIAMQVE · FIRMAM · AC · STABILEM · FORE · POPVLO · ROMANO (14)

RE · PVBLICA · VESTRA · BENE · GESTA · SERVATAQVE · LVCRIS · MERITIS · DONVM MITTITOTE · DEQVE · PRAEDA · MANVBIIS · SPOLIISQVE · HONOREM · HABETOTE (15)

Lucris Meritis id est, uti explicat Dujatius, *perceptis lucris sive commodis, quae Deorum nutu promeritos vos esse contigerit*. quidam lectionem fatigant, aliam ut sententiam inveniant.

CERERI · SACRAVIT · ET · POPVLO · PRANDIVM · MVNERE · FVNCTVS · DEDIT (16)

EX · CASSIA · FAMILIA · DATVM (17)

(1) id. p. 1018. n. 3.
(2) Fabr. p. 692. n. 132
(3) v. inscr. 34. l. 1.
(4) Maff. M. V. p. 82. n. 2.
(5) Grut. p. 65. n. 8.
(6) id. p. 98. n. 8.
(7) in Vopisc. Aurel. c. 30.
(8) Grut. p. 48. n. 1.
(9) Tacit. Ann. l. 2. c. 22.
(10) Liv. l. 38. c. 21. n. 35.
(11) id. l. 10. c. 16. n. 23.
(12) id. l. 5. c. 10. n. 16.
(13) id. l. 5. c. 12. n. 21.
(14) id. l. 22. c. 22. n. 37.
(15) id. l. 23. c. 6. n. 11.
(16) Grut. p. 1010. n. 3.
(17) Liv. l. 2. c. 22. n. 41.

§· III·

INSTAVRATIONES MONVMENTORVM SACRORVM

APOLLINIS · AEDEM · ET · CIRCVM · AEDEM · MVROS · DE · SVA · PECVNIA · RESTITVENDA CVRAVIT (1)

SIMVLACRVM · HERCVLIS · RESTITVIT · AEDICVLAM · ET · ARAM · EIVSDEM · CORRVPTA REFECIT (2)

SIGNVM · SILVANI · MARMOREVM · POSVIT · DEDICAVITQVE · ITEM · SILVANVM · ANTICVM VEXATVM · DE · SVO · REFECIT (3) simulacrum autem Silvani *Anticum* dici puto, quod in aedis fronte erat. partem meridianam templi; quod Augur capiebat, *Anticam* appellatam, et septentrionalem *Posticam* scripsit Varro (4): tum quidquid ante nos sit, *Anticum* dici tradit Festus.

HANC · ARAM · VETVSTATE · LABEFACTATAM · L · STATILIVS · POLLIO · DE · SVA PECVNIA · ET · RENOVAVIT · ET · RESTITVIT (5)

SIGNVM · GENI · CENTVRIAE · CVM · AEDE · MARMORIBVS · EXORNATA · ET · ARA SVA · PECVNIA · FECERVNT (6)

EX · DIRVTIONE · RESTITVERVNT · DEDICARVNTQVE (7)

MVNIFICENTIA · SVA · TEMPLVM · DEAE · CVPRAE · RESTITVIT (8)

EX · CONLATIONE · SVA · ET · MANIPVLARIVM · SVORVM · AEDICVLAM · MARMORAVIT (9)

AEDEM · FORTVNAE · VETVSTATE · CORRVPTAM · RESTITVIT (10)

AEDEM · REFICIENDAM · SIGNVM · TRANSFERENDVM · BASIM · PONENDAM · CVRAVERVNT (11)

IMPENSA · SVA · FECIT · ET · EXORNAVIT · MARMORIBVS (12)

ARAS · OMNES · DE · SVO · REFECIT (13)

ARAM · ET · PAVIMENTVM · SVA · PECVNIA · RESTITVIT (14)

AEDIS · PAVIMENTVM · DE · SVA · PECVNIA · FACIVNDVM · CVRAVIT (15)

COMPITVM · REFECERVNT · TECTVM · PARIETES · ALLEVARVNT · VALVAS · LIMEN · DE SVA · PECVNIA · LARIBVS · DANT (16)

COLVMNAS · CVM · EPISTYLIO · DEO · MAGNO · SERAPI · IN · INTROITVM EXORNAVERVNT (17)

SPELEVM · CVM · OMNI · APPARATV · FECIT (18)

AEDEM · VICTORIAE · VETVSTATE · DILAPSAM · SVA · IMPENSA · RESTITVIT (19)

AEDEM · ET · PORTICVM · FECIT · PECVNIA · SVA (20)

SACRARIA · NVMINVM · VETVSTATE · DILAPSA · A · SOLO · RESTITVIT (21)

AEDEM · DIRVTAM · REFECIT · QVOD · ADIVTORIO · EIVS · (Deae Bonae) RIVOM AQVAE · CLAVDIAE · AVGVSTAE · SVB · MONTE · AELIANO · CONSVMMAVIT (22)

SACELLVM · LVCCEIVM · VETVSTATE · DILAPSVM · ADIECTIS · BASILICIS · SVA · PECVNIA RESTITVIT (23)

SIGILLVM · CVM · ARA · IVIC · AREAE · SVPERPOSVIT · ET · SCRIPTVRAM · EIVS VETVSTATE · CORRVPTAM · RENOVAVIT (24)

(1) Grut. p. 1066. n. 7.
(2) id. p. 64. n. 9.
(3) id. p. 1070. n. 8.
(4) L. L. l. 6. c. 2.
(5) Anth. Rom. an. 1777. p. 158.
(6) Fabr. p. 340. n. 514.
(7) Grut. p. 3. n. 9.
(8) id. p. 1016. n. 2.
(9) id. p. 129. n. 1.
(10) Murat. p. 452. n. 6.
(11) id. p. 477. n. 2.
(12) Don. Cl. 1. n. 101.
(13) Murat. p. 4. n. 2.
(14) id. p. 71. n. 3.
(15) Reines. Cl. 1. n. 29.
(16) Grut. p. 107. n. 1. v. inscr. 19. l. 1.
(17) id. p. 85. n. 3.
(18) Bert. Ant. Aqu. p. 2. n. 1.
(19) Grut. p. 1075. n. 8.
(20) Murat. p. 1988. n. 10.
(21) Fabr. p. 678. n. 47.
(22) Don. Cl. 1. n. 121.
(23) Fabr. p. 704. n. 252.
(24) id. p. 675. n. 15.

ORNAMENTA · EIVS · (Veneris) EXORNAVIT (1)

HISTRIAE · FANVM · AB · C · VIBIO · VARO · PATRE · INCHOATVM · Q · CAESIVS MACRINVS · PERFECIT · ET · DEDICAVIT (2)

PANTHEVM · VETVSTATE · CORRVPTVM · CVM · OMNI · CVLTV · RESTITVERVNT (3)

AEDEM · CONCORDIAE · VETVSTATE · COLLAPSAM · IN · MELIOREM · FORMAM · OPERE ET · CVLTV · SPLENDIDIORE · RESTITVERVNT (4)

AEDEM · CVM · PORTICIBVS · A · SOLO · SVA · PECVNIA · FECIT · ITEM · MENSAM · ET ARAM · DONVM · DEDIT (5)

TEMPLVM · OMNI · CVLTV · EXORNAVIT · ARAM · DE · SVO · MAXIMAM · POSVIT IDEMQVE · DECRETO · ORDINIS · PORTICVM · A · SOLO · AERE · CONLATO PERFICIENDAM · CVRAVIT · IN · CVIVS · DEDICATIONE · SINGVLIS · IN COLLEGIO XX · N · DEDIT (6)

AEDEM · FORTVNAE · CERERIS · SVA · PECVNIA · CONSTITVIT (7)

SCHOLAM · DE · SVO · RESTITVIT · ET · SIGNVM · AENEVM · D · D · ET · CERIOLAR · ARG · ALT · PED · I · SEMIS · REFECIT (8) est autem *Ceriolare* candelabrum cereis sustinendis.

INCENDIO · CONSVMPTVM · RESTITVIT (9)

SPELEVM · VIOLENTIA · IGNIS · APSVMPTVM · COMPARATA · AREA · A · REPVBLICA MEDIOLANENSI · PECVNIA · SVA . RESTITVIT (10)

EX · POSTVLATIONE · PLEBIS · ARAM · BERGIMO · RESTITVIT (11)

Q · AQVILIVS · DIONYSIVS · ET · NONIA · FAVSTINA · SPEM · RESTITVERVNT (12)

AEDEM · IOVIS · IN · CAPITOLIO · COLVMNASQVE · CIRCA · POLIENDAS · ALBO · LOCAVIT ET · AB · HIS · COLVMNIS · QVAE · INCOMMODE · APPOSITA · VIDEBANTVR · SIGNA AMOVIT · CLYPEAQVE · DE · COLVMNIS · ET · SIGNA · MILITARIA · AFFIXA · OMNIS GENERIS · DEMPSIT (13) *Albo polire* non est dealbare, sed levigare, ut columnae levigatione niteant candoremque ducant.

CVRIAM · ET · CONTINENS · EI · CALCHIDICVM · TEMPLVMQVE · APOLLINIS · IN PALATIO · CVM · PORTICIBVS · AEDEM · DIVI · IVLII · LVPERCAL · PORTICVM · AD CIRCVM · FLAMINIVM · QVAM · SVM · APPELLARI · PASSVS · EX · NOMINE · EIVS QVI · PRIOREM · EODEM · IN · SOLO · FECERAT · OCTAVIANI · PVLVINAR · AD CIRCVM · MAXIMVM · AEDES · IN · CAPITOLIO · IOVIS · FERETRII · ET · IOVIS TONANTIS · AEDEM · QVIRINI · AEDES · MINERVAE · ET · IVNONIS · REGINAE · ET IOVIS · LIBERTATIS · IN · AVENTINO · AEDEM · LARVM · IN · SVMMA · SACRA · VIA AEDEM · DEVM · PENATIVM · IN · VELIA · AEDEM · IVVENTATIS · AEDEM · MATRIS MAGNAE · IN · PALATIO (feci) (14). quid *Calchidicum* sive *Chalcidicum* dicerent veteres, minus adhuc notum: Basilicarum tamen quasi additamenta habita esse, indicat Vitruvius, quum ait (15) *Sin autem locus erit amplior in longitudine, Chalcidica in extremis constituantur, uti sunt in Iulia Aquiliana.* nomen fortasse a fano Minervae ductum, quod apud Lacedaemonios ναος χαλκιοικος appellabatur, ex aere factum: quemadmodum deinde, ut Pausanias testatur, forum suum Trajanus aeneo lacunari contexit (16).

(1) Calog. N. R. t. 2. p. 508.
(2) Maff. M. V. p. 88. n. 2.
(3) Grut. p. 1. n. 1.
(4) Murat. p. 455. n. 4.
(5) Grut. p. 21. n. 1.
(6) id. p. 1014. n. 1.
(7) Don. Cl. 2. n. 4.
(8) id. ibid. n. 1.
(9) Romae in Capitol.
(10) Grut. p. 34. n. 9.
(11) Maff. M. V. p. 89. n. 6.
(12) Fabr. p. 695. n. 165.
(13) Liv. l. 40. c. 28. n. 51.
(14) Grut. p. 232. M. Ancyr.
(15) l. 5. c. 1.
(16) lib. 10. c. 5.

PARS III.

OPERA PVBLICA PRIVATAQVE

§· I·

VIAE, COLVMNAE MILLIARIORVM PONTES, CAMPI RIPAE

SEMITAM · SAXO · QVADRATO · A · CAPENA · PORTA · AD · MARTIS · STRAVERVNT (1)

VIA · NOVA · STRATA · LAPIDE · PER · MEDIVM · FORVM · PECVARIVM · A · SVMMO VICO · LONGO · AD · ARCVM · IVNCTVM · CAPITOLIO · EX · COLLATIONE · MANI PRETII · POSSESSORVM · CIRCA · FORVM · ET · NEGOTIANTIVM (2)

IN · CENSVRA · VIAM · APPIAM · STRAVIT (3) adnotavit Bergierus (4), aeque inscriptiones et historias non eodem modo de publicis viis loqui, nisi quum opus idem designant: itaque si pavimentum e glarea esset, eas *Stratas* tantum appellari: quae lapide incerto munitae essent, *Silice Stratas* dici: denique si opus accuratum atque elegans fuisset: *Saxo* aut *Lapide Quadrato Stratas* nuncupari.

VIAM · A · BENEVENTO · BRVNDISIVM · PECVNIA · SVA · FECIT (5)

VIAM · IVLIAM · AVGVSTAM · A · FLVMINE · TREBIA · QVAE · VETVSTATE · INTERCIDERAT SVA · PECVNIA · RESTITVIT (6)

VIAM · AEMILIAM · VETVSTATE · DILAPSAM · OPERIBVS · AMPLIATIS · RESTITVENDAM CVRAVIT · A · ROMA · M · P · CLXXXVIII · (7)

VIAM · AVGVSTAM · AB · VIA · ANNIA · EXTRA · PORTAM · AD · CERERIS · SILICE STERNENDAM · CVRARVNT · PECVNIA · SVA · PRO · LVDIS (8)

VIAM · CASSIAM · VETVSTATE · COLLABSAM · A · CLVSINORVM · FINIBVS · FLORENTIAM PERDVXIT (9)

QVOD · VIAE · MVNITAE · SVNT · EX · EA · PECVNIA · QVAM · IS · AD · AERARIVM ADTVLIT (10)

INCOHATAM · A · DIVO · NERVA · PATRE · SVO · PERFICIENDAM · CVRAVIT (11)

VIAM · QVAE · DVCIT · IN · VILLAM · MAGNAM · SILICE · SVA · PECVNIA · STRAVERVNT (12)

VIAM · LONGAM · P · ↀↀCLXV · EX · D · D · SVA · PECVNIA · STERNENDAM CVRAVERVNT (13)

VIAS · VRBIS · NEGLIGENTIA · SVPERIORVM · TEMPORVM · CORRVPTAS · IMPENSA · SVA RESTITVIT (14)

VIA · A · MARTIS · SILICE · AD · BOVILLAS · PERSTRATA · EST (15)

VIAM · SVESSANIS · MVNICIPIBVS · SVA · PECVNIA · FECIT (16)

VIAM · A · CISTERNA · AD · DOMVM · L · MVTI · STRAVIT (17)

VIAM · SEMITAM · FACIVNDAS · CLOACAM · REFICIVNDAM · DE · SVA · PECVNIA CVRAVIT (18)

VIAM · CVM · CREPIDINIBVS · A · QVADRVVIO · AD · MVRVM · STRAVERVNT · OB HONOREM (19) sunt autem *Crepidines* viarum tumuli sive aggeres

(1) Liv. l. 10. c. 16. n. 23.
(2) inv. Faler. an. 1777.
(3) Gor. Inscr. t. 2. p. 237.
(4) de publ. viis l. 2. sect. 24. n. 2. et sect. 26.
(5) Grut. p. 151. n. 2.
(6) Maff. M. V. p. 331. n. 5.
(7) Fabr. p. 414. n. 365.
(8) Grut. p. 149. n. 5.
(9) Gor. Insc. t. 1. p. 301.
(10) Grut. p. 280. n. 2.
(11) Fabr. de C. Tr. p. 278.
(12) Grut. p. 150. n. 5.
(13) Fabr. p. 406. n. 316.
(14) Grut. p. 253. n. 3.
(15) Liv. l. 10. c. 32. n. ult.
(16) Grut. p. 151. n. 3.
(17) Murat. p. 474. n. 6.
(18) id. p. 296. n. 2.
(19) Calog. N. R. t. 8. p. 199.

utrinque ad marginem: eodem usus vocabulo Petronius (1) *Vidi Gitona in crepidine semitae stantem.*

VIAM · STRAVERVNT · ET · LACVS · FECERVNT (2) receptacula scilicet, in quae aquae pluviae defluerent; vel, si mavis, alveos fontium aquis recipiendis.

MONTIBVS · IMMINENTIBVS · LYCO · FLVMINI · CAESIS · VIAM · DILATAVIT (3)

VIAM · FACIVNDAM · ET · REFICIVNDAM · COERAVERVNT (4)

CELEBERRIMEIS · ITALIAE · VIEIS (5)

VIAM · FECI · AB · REGIO · AD · CAPVAM (6)

TESTAMENTO · VIAM · STERNI · IVSSIT · IN · QVOD · OPVS · EROGATA · SVNT · HS · XXX · (7)

QVAE · VIAE · IN · VRBE · ROMA · PROPIVSVE · VRBEM · ROMAM · PASSVS · MILLE VBEI · CONTINENTER · HABITABITVR · SVNT · ERVNT · QVOIVS · ANTE · AEDIFICIVM EARVM · QVAE · VIAE · ERVNT · IS · EAM · VIAM · ARBITRATV · EIVS · AEDILIS QVOI · EA · PARS · VRBIS · HAC · LEGE · OBVENERIT · TVEATVR · ISQVE AEDILIS · CVRATO · VTI · QVORVM · ANTE · AEDIFICIVM · ERIT · QVAMQVE · VIAM HAC · LEGE · QVEMQVE · TVERI · OPORTEBIT · EI · OMNES · ARBITRATV · EIVS TVEANTVR · NEVE · EO · LOCO · ALIQVID · CONSISTAT · QVOMINVS · COMMODE POPVLVS · EA · VIA · VTATVR (8)

AEDILES · CVRVLES · AEDILES · PLEBIS · QVI · NVNC · SVNT · QVEICVMQVE · POST HANC · LEGEM · FACTEI · CREATEI · ERVNT · EVMVE · MAGISTRATVM · INIERINT IEI · IN · DIEBVS · V · PROXVMEIS · QVIBVS · EO · MAGISTRATV · DESIGNATEI ERVNT · EVMVE · MAGISTRATVM · INIERINT · INTER · SE · PARANTO · AVT SORTIVNTO · QVA · IN · PARTE · VRBIS · QVISQVE · EORVM · VIAS · PVBLICAS · IN VRBE · ROMA · PROPIVSVE · VRBEM · ROMAM · PASSVS · MILLE · REFICIVNDAS STERNENDAS · CVRET · EIVSQVE · REI · PROCVRATIONEM · HABEAT (9)

QVOIVS · ANTE · AEDIFICIVM · SEMITA · IN · LOCO · ERIT · IS · EAM · SEMITAM · EO AEDIFICIO · PERPETVO · LAPIDIBVS · PERPETVEIS · INTEGREIS · CONTINENTEM CONSTRATAM · RECTE · HABETO · ARBITRATV · EIVS · AEDILIS · QVOIVS · IN EA · PARTE · HAC · LEGE · VIARVM · PROCVRATIO · ERIT (10)

QVAE · VIAE · IN · VRBE · ROMA · SVNT · ERVNT · INTRA · EA · LOCA · VBEI CONTINENTER · HABITABITVR · NE · QVIS · IN · IEIS · VIEIS · POST · K · IANVAR · PRIMAS · PLOSTRVM · INTERDIV · POST · SOLEM · ORTVM · NEVE · ANTE · HORAM · X · DIEI · DVCITO · AGITO · NISI · QVOD · AEDIVM · SACRARVM · DEORVM · IMMORTALIVM CAVSSA · AEDIFICANDARVM · OPERISVE · PVBLICE · FACIVNDEI · CAVSSA · ADVEHEI PORTAREI · OPORTEBIT · AVT · QVOD · EX · VRBE · EXVE · IEIS · LOCEIS · EARVM · RERVM QVAE · PVBLICE · DEMOLIENDA · LOCA · ERVNT · PVBLICE · EXPORTAREI · OPORTEBIT ET · QVARVM · RERVM · CAVSSA · PLOSTRA · HAC · LEGE · CERTEIS · HOMINIBVS CERTEIS · DE · CAVSSEIS · AGERE · DVCERE · LICEBIT (11)

CENSORES · VIAS · STERNENDAS · SILICE · IN · VRBE · GLAREA · EXTRA · VRBEM SVBSTRVENDAS · MARGINANDASQVE · PRIMI · OMNIVM · LOCAVERVNT · PONTESQVE MVLTIS · LOCIS · FACIENDOS · · · · · CLIVVM · CAPITOLINVM · SILICE · STERNENDVM CVRAVERVNT · ET · PORTICVM · AB · AEDE · SATVRNI · IN · CAPITOLIVM · AD

(1) in Satyr. c. 9.
(2) Vit. A. B. t. 1. p. 132.
(3) Nov. Fior. an. 1768. p. 704.
(4) Grut. p. 152. n. 2.
(5) Maff. M. V. p. 305. n. 1.
(6) Grut. p. 150. n. 7.
(7) Fabr. p. 708. n. 293.
(8) Maff. M. V. p. 438. n. 20.
(9) id. ibid. n. 24.
(10) id. ibid. p. 439. n. 53.
(11) id. ibid. n. 56.

COENACVLVM · AC · SVPER · ID · CVRIAM · ET · EXTRA · PORTAM · TRIGEMINAM EMPORIVM · LAPIDE · STRAVERVNT · STIPITIBVSQVE · SEPSERVNT · ET · PORTICVM AEMILIAM · REFICIENDAM · CVRARVNT · GRADIBVSQVE · ASCENSVM · AB · TIBERI IN · EMPORIVM · FECERVNT · ET · EXTRA · EANDEM · PORTAM · IN · AVENTINVM PORTICVM · SILICE · STRAVERVNT (1)

MILIARIA · VETVSTATE · CONLAPSA · RESTITVI · IVSSERVNT (2)

VIAS · ET · MILIARIA · PER · Q · VENIDIVM · RVFVM · LEGATVM · PROVINCIAE PHOENICIAE · PRAESIDEM · RENOVARVNT (3)

REFECIT · ET · RESTITVIT · LXXIII · (4)

AB · EMERITA · AVGVSTA · RESTITVIT · CLVII · M · (5)

AB · AVGVSTA · MILL · P · CXV · (6)

PONI · CVRAVIT · DCIII · (7)

PONTEM · DE · SVA · PECVNIA · FACIENDVM · CVRAVIT (8)

CONSTRVENDVM · CVRAVIT (9)

TESTAMENTO · FIERI , IVSSIT · ARBITRATV · C · DONNEI · VITALIS · ET · C · ATTII RVFI (10)

OPVS · PONTIS · VETVSTATE · CONLAPSVM · RESTITVIT (11)

MVNICIPIA · PROVINCIAE · LVSITANIAE · STIPE · CONLATA · QVAE · OPVS · PONTIS PERFECERVNT (12)

EX · S · C · EX · PECVNIA · PVBLICA · ET · CONLATICIA · QVAM · MVNICIPES · ET INCOLAE · SVA · VOLVNTATE · CONTVLERVNT · FACIVNDVM · CVRARVNT · EIDEMQVE PROBARVNT (13)

IMP · CAESAR · DIVI · FILIVS · AVGVSTVS · · ·
TI · CAESAR · DIVI · AVGVSTI · FILIVS · · · DEDERE (14)

M · FVLVIVS · PORTVM · ET · PILAS · PONTIS · IN · TIBERIM · PILIS · FORNICES · P · SCIPIO · AFRICANVS · ET · L · MVMMIVS · CENSORES · IMPONENDOS · LOCAVERVNT (15)

CLIVOM · MARTIS · PECVNIA · PVBLICA · IN · PLANITIAM · REDIGENDVM · CVRAVIT (16)

SVBSTRVCTIONEM · CONTRA · LABEM · MONTIS · FECIT (17)

CAMPVM · PVBLICE · AEQVANDVM · CVRAVIT (18)

AQVAS · ALVEVM · ET · LVCVM · SACRVM · RESTITVERVNT (19)

TERMINOS · VETVSTATE · COLLAPSOS · EXALTAVERVNT (20)

REIECTIS · RVDERIBVS · RESTITVIT · SECVNDVM · PRAECEDENTEM · TERMINATIONEM PROXIMI · CIPPI · PED · CVII (21)

CVRATORES · RIPARVM · ET · ALVEI · TIBERIS · EX · S · C · TERMINAVERVNT (22)

OPVS · PILARVM · VI · MARIS · CONLAPSVM · A · DIVO · PATRE · SVO · (Hadriano) PROMISSVM · RESTITVIT (23)

LITVS · VICINVM · VIAE · SEVERIANAE · ASSIDVIS · MARIS · ADLVENTIS · FLVCTIBVS · AD LABEM · RVINAE · LABEFACTATVM · AGGERIBVS · MARINI · OPERIS · A · FVNDAMENTIS VT · PERICVLVM · COMMEANTIBVS · ABESSET · EXTRVI · CVRARVNT (24)

AD · COERCENDAS · INVNDATIONES · ALVEVM · TIBERIS · LAXAVIT · AC · REPVRGAVIT COMPLETVM · OLIM · RVDERIBVS · ET · AEDIFICIORVM · PROLAPSIONIBVS · COARCTATVM (25)

(1) Liv. l. 41. c. 26. n. 27.
(2) Maff. M. V. p. 241. n. 1.
(3) Gud. p. 69. n. 1.
(4) Maff. Ant. Gall. p. 35.
(5) id. M. V. p. 425. n. 2.
(6) id. ibid. p. 453. n. 7.
(7) id. ibid. p. 231. n. 8.
(8) Murat. p. 443. n. 7.
(9) Pratill. V. App. l. 1. c. 14.
(10) Murat. p. 2011. n. 7.
(11) Grut. p. 161. n. 4.
(12) id. p. 162. n. 3.
(13) Dorvill. in Auct. Inscr. n. 10.
(14) in ponte Arimin.
(15) Liv. l. 40. c. 28. n. 51.
(16) Grut. p. 152. n. 7.
(17) Fabr. p. 400. n. 292.
(18) Grut. p. 109. n. 4.
(19) Pratill. V. App. l. 2. c. 6.
(20) Don. Cl. 2. n. 55.
(21) Vign. Inscr. select. p. 312.
(22) Grut. p. 197. n. 3.
(23) v. inscr. 242. l. 1.
(24) Grut. p. 163. n. 8.
(25) Svet. in Aug. c. 30. n. 2.

§ II.

AMPHITHEATRA, THEATRA, CIRCI, FORA, EMPORIA, BASILICAE

QVOD · AMPHITHEATRVM · COLONIAE · IVLIAE · FELICI · LVCOFERONENSI · SVA · PECVNIA FECIT · DEDICAVITQVE (1)

AMPHITHEATRVM · ET · TEMPLVM · SVA · PECVNIA · FECIT (2)

LOCA · ADSIGNATA · IN · AMPHITHEATRO · L · AELIO · PLAVTIO · LAMIA · Q · PACTVMEIO FRONTONE · COS · (3)

SIGNVM · DIANAE · ET · VENATIONEM · ET · SALIENTES · TESTAMENTO · FIERI · IVSSIT (4)
heic Maffejus *Venationem*, id est spectaculum venatorium designari putat in Veronensi amphitheatro datum.

THEATRVM · ET · PROSCENIVM · AD · APOLLINIS · FACIVNDVM · LOCAVIT (5)

THEATRVM · ET · PROSCENIVM · DE · SVA · PECVNIA · FACIVNDVM · COERAVERVNT (6)

THEATRVM · TECTVM · FACIVNDVM · LOCAVERVNT · EIDEMQVE · PROBARVNT (7)

PROSCENIVM · VETVSTATE · CORRVPTVM · DE · SVO · RESTITVIT (8)

TRIBVNAL · NOVVM · A · SOLO · FECERE · THEATRVM · ET · PROSCENIVM · REFECERE LVDIS · SCENICIS · BIDVO · DEDICARVNT · DE · SVA · PECVNIA (9)

TRIBVNAL · CVM · LOCIS · EX · STIPE · CONLATA · POSVERVNT (10)

CVRIAM · TABVLARIVM · SCAENARIVM · SVBSELIARIVM. (*a*) LOCO · PRIVATO · DE · SVA PECVNIA · CASTRONOVANIS · FACIVNDA · COERAVIT (11) ignotum antea vocabulum erat *Subseliarium* (*a*), quo theatri loca sive sedes significantur, quas inter *Tribunal* etiam censeas, e quo magistratus spectabant (12)

LVDOS · SCENICOS · TRIDVVM · POST · DEDICATIONEM · TEMPLI · IVNONIS · FECIT (13)

LVDIS · SCENICIS · IMPENSA · SVA · FACTIS (14)

QVOD · VELA · IN · THEATRO · CVM · OMNI · ORNATV · SVMPTV · SVO · DEDERIT (15)

LOCA · N · D · IN · CIRCO · SEX · IVLIVS · IANVARIVS · AEDILIS · DAT (16)

QVOD · LIBERALITATE · OPTIMI · PRINCIPIS · COMMODA · EARVM (Tribuum) ETIAM LOCORVM · ADIECTIONE · AMPLIATA · SINT (17)

FORVM · IVLIVM · ET · BASILICAM · QVAE · FVIT · INTER · AEDEM · CASTORIS · ET AEDEM · SATVRNI · CAEPTA · PROFLIGATAQVE · OPERA · A · PATRE · MEO PERFECI (18)

CENSORES · VENDITIS · PVBLICIS · LOCIS · PECVNIAM · QVAE · REDACTA · ERAT · TABERNIS VTRIQVE · FORO · CIRCVMDANDIS · CONSVMPSERVNT (19)

CENSORES · CLOACAM · IN · FLVVIVM · CIRCVMDVCENDAM · ET · FORVM · PORTICIBVS TABERNISQVE · CLAVDENDVM · ET · IANOS · TRES · FACIENDOS · CVRAVERVNT (20)

AB · REGE · TARQVINIO · CIRCA · FORVM · PRIVATIS · AEDIFICANDA · DIVISA · SVNT · LOCA PORTICVS · TABERNAEQVE · FACTAE (21)

(1) Fabr. p. 106. n. 251.
(2) Zac. An. Lit. t. 2. p. 253.
(3) v. inscr. 331. l. 1.
(4) Maff. M. V. p. 125. n. 5.
(5) Liv. l. 40. c. 28. n. 51.
(6) Grut. p. 168. n. 8.
(7) Anecd. Litt. R. t. 2. p. 464. 11.
(8) Ac. Insc. Paris. t. 9. p. 143.
(9) Reines. Cl. 2. n. 89.
(10) Grut. p. 1074. n. 10.
(*a*) Legendum omnino est SVBSELLARIVM, ut monet Cajet. Marinius Frat. Arv. p. 608. qui lapidem hunc nitidissimis literis insculptum accuratissime se legisse testatur.
(11) rep. an. 1777. ad Centumcell.
(12) v. Svet. in Aug. c. 44. n. 7.
(13) Liv. l. 40. c. 28. n. 52.
(14) Maff. M. V. p. 422. n. 4.
(15) Fabr. p. 228. n. 605.
(16) Maff. M. V. p. 412. n. 1.
(17) Grut. p. 246. n. 8.
(18) id. p. 252. n. 1.
(19) Liv. l. 41. c. 26. n. 27.
(20) id. ibid.
(21) id. l. 1. c. 15. n. 35.

TRIBVNAL · IN · FORO · MARMOREVM · FECIT (1)
EMPORIVM · STERNI · IVSSIT (2)
EMPORIVM · LAPIDE · STRAVERVNT · STIPITIBVSQVE · SEPSERVNT (3)
BASILICAM · FACIVNDAM · CVRAVIT · DE · SENATVS · SENTENTIA (4)
M · FVLVIVS · BASILICAM · POST · ARGENTARIAS · NOVAS · ET · FORVM · PISCATORIVM CIRCVMDATIS · TABERNIS · QVAS · VENDIDIT · IN · PRIVATVM · ET · FORVM · ET PORTICVM · EXTRA · PORTAM · TRIGEMINAM · ET · ALIAM · POST · NAVALIA · ET AD · FANVM · HERCVLIS · ET · POST · SPEI · AD · TIBERIM · AEDEM · APOLLINIS MEDICI · FECIT (5)
BASILICAM · CONSVMPTAM · INCENDIO · AMPLIATO · EIVS · SOLO · SVB · TITVLO · NOMINIS FILIORVM · DESTINAVI (6)

§· III·

DVCTVS AQVARVM, FONTES, THERMAE, BALINEA

RIVOS · AQVARVM · COMPLVRIBVS · LOCIS · VETVSTATE · LABENTES · REFECI · ET AQVAM · QVAE · MARTIA · APPELLATVR · DVPLICAVI · FONTE · NOVO · IN · RIVVM EIVS · IMMISSO (7) quidam MARIA legerunt pro MARTIA ·
ARCVS · DVCTVS · AQVAE · VIRGINIS · DISTVRBATOS · PER · C · CAESAREM · A · FVNDAMENTIS NOVOS · FECIT · AC · RESTITVIT (8)
AQVAE · DVCTVM · IN · NOVIS · ATHENIS · COEPTVM · A · DIVO · HADRIANO · PATRE SVO · CONSVMMAVIT · DEDICAVITQVE (9)
AQVAS · CLAVDIAM · EX · FONTIBVS · QVI · VOCABANTVR · CAERVLEVS · ET · CVRTIVS A · MILIARIO · XXXXV · ITEM · ANIENEM · NOVAM · A · MILLIARIO · LXII · SVA IMPENSA · IN · VRBEM · REDVCENDAS · CVRAVIT (10)
AQVAS · CVRTIAM · ET · CAERVLEAM · PERDVCTAS · A · DIVO · CLAVDIO · ET · POSTEA INTERMISSAS · DILAPSASQVE · PER · ANNOS · NOVEM · SVA · IMPENSA · VRBI RESTITVIT (11)
AQVAS · CVRTIAM · ET · CAERVLEAM · PERDVCTAS · A · DIVO · CLAVDIO · ET · POSTEA A · DIVO · VESPASIANO · PATRE · SVO · VRBI · RESTITVTAS · CVM · A · CAPITE AQVARVM · A · SOLO · VETVSTATE · DILAPSAE · ESSENT · NOVA · FORMA REDVCENDAS · SVA · IMPENSA · CVRAVIT (12)
RIVVM · AQVAE · MARCIAE · VETVSTATE · DILAPSVM · REFECIT · ET · AQVAM · QVAE IN · VSV · ESSE · DESIERAT · REDVXIT (13)
ARCVS · COELIMONTANOS · PLVRIFARIAM · VETVSTATE · CONLAPSOS · ET · CONRVPTOS A · SOLO · SVA · PECVNIA · RESTITVERVNT (14)
AQVAM · MARCIAM · VARIIS · CASIBVS · IMPEDITAM · PVRGATO · FONTE · EXCISIS · ET PERFORATIS · MONTIBVS · RESTITVTA · FORMA · ADQVISITO · ETIAM · FONTE · NOVO ANTONIANO · IN · SACRAM · VRBEM · SVAM · PERDVCENDAM · CVRAVIT (15)
AQVAM · NOVAM · CONQVIRENDAM · ET · IN · MVNICIPIVM · PERDVCENDAM · ET NYMPHAEVM · FACIENDVM · PEC · PVB · CVRAVIT (16)

(1) Fabr. p. 529. n. 381.
(2) Montfauc. t. 3. p. 178.
(3) Liv. l. 41. c. 26. n. 27.
(4) Fabr. p. 709. n. 301.
(5) Liv. l. 40. c. 28. n. 51.
(6) Grut. p. 232. n. 1.
(7) Grut. p. 232. n. 1.
(8) id. p. 176. n. 5.
(9) Potter. Arch. l. 1. c. 6.
(10) Grut. p. 176. n. 1.
(11) id. ibid.
(12) id. ibid.
(13) id. p. 177. n. 1.
(14) id. p. 187. n. 3.
(15) id. p. 177. n. 1.
(16) Lips. Inscr. p. 77. n. 1.

AQVA · INDVCTA · COLONIAM · DACICAM · SARMIZEGETHVSAM · PER · CN · PAPIRIVM AELIANVM · LEGATVM · EIVS · (Hadriani) (1)

AQVAM · IN · VRBEM · ADDVXIT (2)

IDEM · AQVAM · PERDVXIT (3)

CENSORES · AQVAM · PVBLICAM · OMNEM · IN · PRIVATVM · AEDIFICIVM · AVT · AGRVM FLVENTEM · ADEMERVNT (4)

HVIC · ORDO · DECVRIONVM · · · VT · AQVAE · DIGITVS · IN · DOMO · EIVS . FLVERET COMMODISQVE · PVBLICIS · AC · SI · DECVRIO · FRVERETVR · · · DECREVIT (5)

QVICVMQVE · POST · HANC · LEGEM · ROGATAM · RIVOS · SPECVS · FORNICES · FISTVLAS TVBVLOS · CASTELLA · LACVS · AQVARVM · PVBLICARVM · QVAE · AD · VRBEM DVCVNTVR · SCIENS · DOLO · MALO · FORAVERIT · RVPERIT · · · (6)

CENSVERVNT · VTI · CVM · II · RIVI · FORNICES · QVOS · AVGVSTVS · CAESAR · SE REFECTVRVM · IMPENSA · SVA · POLLICITVS · SENATVI · EST · REFICERENTVR · EX AGRIS · PRIVATORVM · TERRAM · LIMVM · LAPIDEM · TESTAM · ARENAM · LIGNA CAETERAQVE · QVIBVS · AD · EAM · REM · OPVS · ESSET · VNDE · QVAEQVE · EORVM PROXIME · SINE · INIVRIA · PRIVATORVM · TOLLI · SVMI · PORTARI · POSSINT VIRI · BONI · ARBITRATV · AESTIMATA · DARENTVR · TOLLERENTVR · SVMERENTVR EXPORTARENTVR · ET · AD · EAS · RES · OMNES · EXPORTANDAS · EARVMQVE RERVM · REFICIENDARVM · CAVSSA · QVOTIENS · OPVS · ESSET · PER · AGROS PRIVATORVM · SINE · INIVRIA · EORVM · ITINERA · ACTVS · PATERENT DARENTVR (7)

FORMAM · AQVAE · DVCTVS · VETVSTATE · CORRVPTAM · REFECIT (8)

LACVM · IMPENSA · SVA · FACTVM · DEDIT · DONAVIT (9)

CENSORES · LACVS · STERNENDOS · LAPIDE · DETERGENDASQVE · QVA · OPVS · ESSET CLOACAS · IN · AVENTINO · ET · IN · ALIIS · PARTIBVS · QVA · NONDVM · ERANT FACIENDAS · LOCAVERVNT (10)

NYMPHEVM · SORDIVM · SQVALORE · FOEDATVM · ET · MARMORVM · NVDITATE · DEFORME AD · CVLTVM · PRISTINVM · REVOCAVIT (11)

THERMAS · VETVSTATE · CONSVMPTAS · CVM · PORTICIBVS · ET · BASILICIS · ET · OMNI CVLTV · IMPENSA · SVA · RESTITVIT (12)

THERMAS · OCRICVLANIS · A · SOLO · EXTRVCTAS · SVA · PECVNIA · DONAVIT (13)

AD · ORNATVM · THERMARVM · CONLOCAVIT (14)

AD · AVGENDAM · THERMARVM · TRAIANARVM · GRATIAM · CONLOCAVIT (15)

ORNATVI · THERMARVM · DEDICAVIT (16)

SIGNA · TRANSLATA · EX · ABDITIS · LOCIS · AD · CELEBRITATEM · THERMARVM SEVERIANARVM (17)

QVOD · OPERA · THERMARVM · AESTIVALIVM · VETVSTATE · CORRVPTA · SVA · PECVNIA RESTITVIT · EXORNAVIT (18)

BALNEVM · MVNICIPIBVS · ET · INCOLIS · DEDIT (19)

BALNEVM · A · SOLO · PECVNIA · SVA · DEDIT · (20)

BALNEVM · ET · PISCINAM · SOLO · SVO · MVNICIPIBVS · SVIS · DEDIT (21)

BALINEVM · ET · LAVATIONEM · SOLO · PRIVATO · GRATVITAM · IN · PERPETVVM · DEDIT (22)

(1) Maff. M. V. p. 240. n. 4.
(2) Gor. Insc. t. 2. p. 223.
(3) Fabr. p. 744. n. 528.
(4) Liv. l. 39. c. 29. n. 44.
(5) Fabr. p. 228. n. 606.
(6) v. inscr. 304. l. 1.
(7) Frontin. de aquaed. n. 125.
(8) Murat. p. 473. n. 12.
(9) Grut. p. 182. n. 6.
(10) Liv. l. 39. c. 29. n. 44.
(11) Grut. p. 181. n. 10.
(12) Maff. Ant. Gall. p. 55.
(13) Lips. Insc. p. 73. n. 11.
(14) Murat. p. 483. n. 3.
(15) Grut. p. 177. n. 6.
(16) rep. Tibure an. 1778.
(17) Mart. Th. Cal. in add. p. 36.
(18) Murat. p. 484. n. 3.
(19) id. p. 476. n. 11.
(20) Don. Cl. 5. n. 146.
(21) Maff. M. V. p. 210. n. 4.
(22) Grut. p. 181. n. 2.

BALINEVM · REFECTVM · DECRETO · DECVRIONVM · PECVNIA · PVBLICA · PARTIS PELTVINATIVM (1)

BALINEVM · QVOD · VI · CONSVMPTVM · FVERAT · AMPLIATIS · SOLO · ET · OPERIBVS INTRA · BIENNIVM · PECVNIA · SVA · RESTITVIT · ET · DEDICAVIT (2)

BALINEVM · A · L · RVFFLIO · SEVERO · P · P · TR · FACTVM · QVOD · RES · PVBLICA A · NOVO · REFECERAT · INCENDIO · EX · MAXIMA · PARTE · CONSVMPTVM OPERIBVS · AMPLIATIS · PEC · SVA · RESTITVIT (3)

AQVAM · CAELESTEM · DILABENTEM · MONTIBVS · COLLECTAM · INTERCISO · AGGERE PER · FORMAM · CVRA · SVA · FACTAM · IN · PISCINIS · REPVRGATIS · LONGO TEMPORE · CESSANTIBVS · PECVNIA · PVBLICA · PERDVXERVNT (4)

§· IIII·

ARCVS, STATVAE, PORTICVS, ATRIA, BIBLIOTHECAE

P · CORNELIVS · SCIPIO · AFRICANVS · FORNICEM · IN · CAPITOLIO · ADVERSVS · VIAM QVA · IN · CAPITOLIVM · ASCENDITVR · CVM · SIGNIS · SEPTEM · AVRATIS · DVOBVS EQVIS · ET · MARMOREA · DVO · LABRA · ANTE · FORNICEM · POSVIT (5)

ARCVM · FIERI · ET · STATVAS · SVPERPONI · TESTAMENTO · IVSSIT (6)

ARCVM · PECVNIA · SVA · EX · MARMORE · SOLIDO · FECIT (7)

ARCVM · CVM · INSIGNIBVS · COLONIAE · SOLITA · IN · PATRIAM · LIBERALITATE EREXIT (8)

VTIQVE · ARCVS · CELEBERRIMO · COLONIAE · NOSTRAE · LOCO · CONSTITVATVR ORNATVS · SPOLEIS · DEVICTARVM · AVT · IN · FIDEM · RECEPTARVM · AB · EO GENTIVM · SVPER · EVM · STATVA · PEDESTRIS · IPSIVS · TRIVMPHALI . ORNATV CIRCAQVE · EAM · DVAE · EQVESTRES · INAVRATAE · CAI · ET · LVCI · CAESARVM STATVAE · PONANTVR (9)

MVRVM · AB · FORNICE · AD · CIRCVM · ET · FORNICEM · CISTERNAMQVE · DE · SENATVS SENTENTIA · FACIVNDVM · COIRAVERE (10)

VIAM · SILICE · STRAVIT · QVAE · EST · IVNCTA · FORO · AB · ARCV · AD · ARCVM · (11)

STATVAS · EX · D · D · REFICIVNDAS · CVRAVIT (12)

QVOD . HIC · PRIMVS · STATVAS · DVAS · VNAM · ANTONINI · AVGVSTI · DOMINI · N · ALIAM · IVLIAE · AVGVSTAE · DOMINAE · NOSTRAE · SVA · PECVNIA · POSVIT (13)

IMAGINES · AVGVSTORVM · LAETI · POSVERVNT (14)

PORTICVM · VNAM · EXTRA · PORTAM · TRIGEMINAM · EMPORIO · AD · TIBERIM · ADIECTO ALTERAM · A · PORTA · FONTINALI · AD · MARTIS · ARAM · QVA · IN · CAMPVM ITER · EST · PRODVXERVNT (15)

IDEM · IN · PORTICV · QVAE · DVCIT · AD · LVDVM · PVBLICVM · COLVMNAS · IIII · CVM SVPERFICIE · STRATVRA · PICTVRA · VOLENTE · POPVLO · DEDIT (16)

TECTVM · PORTICVS · CVM · SVIS · COLVMNIS · ET · POENVLIS · DVABVS · ET · OPERE TECTORIO · · DE · SVA · PECVNIA · DEDIT (17) *Poenulam* hic tholum esse Maffejus putat.

(1) Murat. p. 482. n. 1.
(2) id. p. 487. n. 3.
(3) rep. Fani an. 1779.
(4) v. inscr. 246. l. 1.
(5) Liv. l. 37. c. 4. n. 3.
(6) Montfauc. t. 3. p. 178.
(7) Maff. M. V. p. 467. n. 2.
(8) id. ibid. p. 462. n. 3.
(9) Noris. Cenot. Pis. 1.
(10) Grut. p. 167. n. 8.
(11) Don. Cl. 2. n. 4.
(12) Fabr. p. 241. n. 654.
(13) Grut. p. 391. n. 1.
(14) Fabr. p. 265. n. 97.
(15) Liv. l. 35. c. 10. n. 10.
(16) Maff. M. V. p. 126. n. 1.
(17) id. Gall. Antiq. p. 50.

AEDILES · CVRVLES · PORTICVM · EXTRA · PORTAM · TRIGEMINAM · INTER · LIGNARIOS FECERVNT · (1)

PORTICVS · LAPIDEAS · MARMORATAS · SOLO · SVO · LVDIS · SCENICIS · IMPENSA · SVA FACTIS · EPVLO · DATO · D · D · (2)

PORTICVM · DEDICAVIT (3)

INCENDIO · CORRVPTAM · RESTITVERVNT (4)

PORTICVM · VETVSTATE · CORRVPTAM · RESTITVIT · PECVNIA · SVA (5)

PORTICVM · SVA · PECVNIA · REFECERVNT (6)

PORTICVM · ALAM · DE · PAGI · SENTENTIA · F · C · ID · Q · P · (7) quod porticus templo forsitan aut basilicae vel foro juncta erat, idcirco *Ala* appellatur (8).

PORTICVS · P · CCLX · ET · EXSEDRAM · ET · PRONAON · ITER · ET · PORTICVM · PONE · SCAENAM · LONG · P · CXL · S · C · F · C · (9)

ATRIVM · AVCTIONARIVM · FIERI · IVSSIT (10)

ATRIVM · REFECERVNT · ET · VERMICVLVM · STRAVERVNT · ITEM · PAVIMENTVM · SPICAM STRAVERVNT · ET · SEDILIA · CIRCVMITVM · REFECERVNT · IMPENSA · SVA (11)

de Musivis operibus dicturum me aliquid, superius pollicitus sum: id nunc praestandum est. *Musiva* generatim dixere veteres omne opus, quod sive marmoreis sive igne coloratis lapillis arte consertis picturam imitatur, vel ad pavimenta vel ad parietes exornandos. ipsius autem musivi operis species sunt *Tessellatum* et *Sectile*: quae quidem appellationes non magnitudinem sed figuram calculorum designant; quippe *Tessellata opera* sunt, quorum lapilli tesserarum more secti sunt, sectilia vero ea, quorum lapilli aliam habent figuram quam quadratam (12). utrumque *Opus Vermiculatum*, vel, ut hic, *Vermiculum* dicitur, sive quod vermiculorum figuram lapilli referunt, sive quod vermiculo lapilli secti sunt, qui, ut ait Bulengerus (13), scalpellum est sive veruculum sculptorum. dicitur et *Spicatum Opus* vel etiam *Spica* (14), si lapilli ita contexti sint, ut spicae similitudinem referant. Graeci Λιθόστρωτα et Ασάρωτα appellabant: quorum artem a Sullae aetate ad hanc nostram in Italia semper floruisse, ostendit Furiettus (15).

BIBLIOTHECA · AB · ASINIO · POLLIONE · EX · MANVBIIS · PVBLICATA (16)

PRIMVS · BIBLIOTHECAM · DICANDO · INGENIA · HOMINVM · REM · PVBLICAM · FECIT (17)

BIBLIOTHECAS · GRAECAS · ET · LATINAS · QVAS · MAXIMAS · POSSET · PVBLICARE · DATA M · VARRONI · CVRA · COMPARANDARVM · AC · DIGERENDARVM (18)

BIBLIOTHECAM · DEDICATVRVS (19)

AMPLIVS · DEDIT · · · · IN · TVTELAM · BIBLIOTHECAE · HS · C · · · · (20)

BIBLIOTHECAS · INCENDIO · ABSVMPTAS · IMPENSISSIME · REPARARI · CVRAVIT EXEMPLARIBVS · VNDIQVE · PETITIS · MISSISQVE · ALEXANDRIAM · QVI DESCRIBERENT · EMENDARENTQVE (21)

(1) Liv. l. 35. c. 39. n. 41.
(2) Maff. M. V. p. 422. n. 4.
(3) Grut. p. 172. n. 6.
(4) id. p. 172. n. 5.
(5) Passion. App. Fram. n. 15.
(6) Murat. p. 953. n. 4.
(7) Anecd. Litt. R. t. 3. p. 467.
(8) v. Vitruv. l. 4. c. 7. et l. 6. c. 4.
(9) Grut. p. 172. n. 3.
(10) Murat. p. 482. n. 2.
(11) id. p. 514. n. 2.
(12) Vitr. l. 7. c. 1.
(13) de pict. l. 8.
(14) Vitr. l. 7. c. 1. in fin.
(15) de Musiv. c. 3. n. 5.
(16) Plin. H. N. l. 7. c. 30. n. 31.
(17) id. ib. l. 35. c. 2. n. 2.
(18) Svet. in Iul. c. 44. n. 4.
(19) Plin. jun. l. 1. ep. 8.
(20) Grut. p. 1028. n. 5.
(21) Svet. in Domit. c. 20. n. 1.

§. V.

PORTVS, FOSSAE, MVRI, TVRRES, PORTAE

QVOD · ACCESSVM · ITALIAE · HOC · ETIAM · ADDITO · EX · PECVNIA · SVA · PORTV TVTIOREM · NAVIGANTIBVS · REDDIDERIT (1)

QVOD · SVPRA · CETERA · BENEFICIA · AD · HVIVS · ETIAM · TVTELAM · PORTVS · OPVS PILARVM · VIGINTINOVEM · CVM · SVMPTV · FORNICVM · RELIQVO · EX · AERARIO SVO · LARGITVS · EST (2)

PORTVI · EPHESIORVM · APERIENDO · CVRAM · INSVMPSERAT (3)

L · VALERIVS · FLACCVS · MOLEM · AD · NEPTVNIAS · AQVAS · VT · ITER · POPVLO ESSET · ET · VIAM · PER · FORMIANVM · MONTEM · FACIVNDAM · LOCAVIT (4)

INTER · MOSAM · RHENVMQVE · TRIVM · ET · VIGINTI · MILLIVM · SPATIO · FOSSAM PRODVXIT (5)

INCHOATVM · ANTE · TRES · ET · SEXAGINTA · ANNOS · A · DRVSO · AGGEREM · COERCENDO RHENO · ABSOLVIT (6)

MOSELLAM · ATQVE · ARARIM · FACTA · INTER · VTRVMQVE · FOSSA · CONNECTERE PARABAT · VT · COPIAE · PER · MARE · DEIN · RHODANO · ET · ARARE · SVBVECTAE PER · EAM · FOSSAM · MOX · FLVVIO · MOSELLA · IN · RHENVM · EXIN · OCEANVM DECVRRERENT · SVBLATISQVE · ITINERVM · DIFFICVLTATIBVS · NAVIGABILIA INTER · SE · OCCIDENTIS · SEPTENTRIONISQVE · LITORA · FIERENT (7)

AB · LACV · AVERNO · NAVIGABILEM · FOSSAM · VSQVE · AD · OSTIA · TIBERINA DEPRESSVROS · PROMISERANT (8)

CENSORES · CALATIAE · ET . OXIMI · MVROS · FACIENDOS · LOCAVERVNT (9)

MVRVM · TVRRESQVE · FECIT (10)

MVRVM · TVRRESQVE · REFECIT (11)

MVRVM · REFICIVNDVM · CVRARVNT · PROBARVNTQVE (12)

FVNDAMENTA · MVROSQVE · E · SOLO · FACIVNDA · COERAVER · EIDEMQ · PROBAVERE (13)

MVRVM · A · FVNDAMENTIS · CVM · SVO · INTROITV · ET · PORTICVM · CVM · ACCVBITO VETVSTATE · CONLAPSAM · IMPENDIO · SVO · RESTITVIT · GENTIANO · ET BASSO · COS · (14)

PORTAS · TVRREIS · THERMAS · MVRVM · EX · S · C · FACIVND · COERARVNT IEIDEMQVE · PROBARVNT (15)

TVRREM · DE · SVA · PECVNIA · MVRVM · DE · PECVNIA · CONLATA · FACIVND · COERAVIT IDEMQVE · PROBAVIT (16)

MVRVM · ET · TVRRES · DEDIT · · · · TVRRES · VETVSTATE · CONSVMPTAS · IMPENSA SVA · RESTITVIT (17)

PORTAM · FACIVNDAM · CVRAVIT (18)

(1) Serlius l. 3. Antiq. p. 123.
(2) Pratill. V. App. l. 2. c. 8.
(3) Tacit. Ann. l. 16. c. 23.
(4) Liv. l. 39. c. 29. n. 44.
(5) Tacit. Ann. l. 11. c. 20.
(6) id. ib. l. 13. c. 53.
(7) id. ibid.
(8) id. ib. l. 15. c. 42.
(9) Liv. l. 41. c. 26. n. 27.
(10) Grut. p. 166. n. 6.
(11) Murat. p. 441. n. 1.
(12) Grut. p. 167. n. 9.
(13) id. p. 165. n. 3.
(14) Mars. in Dan. t. 2. p. 93.
(15) Pratill. V. App. l. 2. c. 2.
(16) Don. Cl. 2. n. 60.
(17) Maff. M. V. p. 95. n. 1.
(18) Ferrar. Guid. diss. 14. p. 268.

§· VI·

SCHOLAE, OFFICINAE, PAVIMENTA, SEDES, GRADVS, ET SIMILIA

SCHOLAM · CVM · STATVIS · ET · IMAGINIBVS · ORNAMENTISQVE · OMNIBVS · SVA · IMPENSA FECIT (1)

SCHOLAM · AB · INCHOATO · REFECERVNT · MARMORIBVS · ORNAVERVNT · VICTORIAM AVGVSTAM · ET · SEDES · AENEAS · ET · CETERA · ORNAMENTA · DE · SVA · PECVNIA FECERVNT (2)

SCHOLAM · DE · SVO · RESTITVIT (3)

PHETRIVM · AVGVSTALIBVS · MVNICIPI · CAERITVM · LOCO · ACCEPTO · A · RE · P · SVA IMPENSA · OMNI · EXORNATVM · DONVM · DEDIT (4). est autem *Phetrium* schola sodalium, sive locus, quo sacrorum maxime caussa collegiati convenirent: το δε ιερον, εις ὁ συνηεσαν, φρατρειον εκαλειτο, και το συστημα, φρατρια, inquit Pollux (5). Attici porro φρατρειον et φρατριαν et φρατορες: at Neapolitani aliique Homerica dialecto φρητρειον et φρητριαν et φρητορες et P expungentes φητρειον scribebant: quibus de rebus fusius disserentem Martorellium legas, velim (6).

MACERIEM · ET · SCHOLAS · ET · SOLARIVM · SEMITAM · DE · SVA · PECVNIA · FACIVND · CVRAVIT (7). ambulationem edito in loco suspensam id esse arbitror, quod *Solarium Semita* appellatur.

LANARIAS · ET · QVAE · IN · EIS · SVNT · SVA · PEQVNIA · FECIT . VT · EX · EO VECTIGALE . QVOTANNIS · MVLSVM · ET · CRVSTVM · NATALI · CAESARIS · AVGVSTI DARETVR (8)

MACELLVM · SVA · PECVNIA · RESTITVERVNT · MENSVRAS · ET · PONDERA · FECERVNT (9)

BASEM · CVM · STATERA · ET · PONDERIBVS · AENEIS · DE · SVO · FECIT (10)

PAVIMENTVM · DE · SVA · PECVNIA · FACIVNDVM · CVRAVERVNT (11)

EVSEBIA · CVM · SVIS · TESSELLAVIT · P · CXX · (12)

PAVIMENTVM · SCALPTVRATVM · IN · IOVIS · CAPITOLINI · AEDE · PRIMVM · FACTVM (13) ad hunc Plinii locum alia recensentur pavimentorum genera, *Barbaricum, Subtegulaneum, Subdiale, Spicatum Testaceum*· Festus *Poenicum* memorat, id est marmore Numidico constratum. Vitruvius (14) *Testacea Spicata Tiburtina*.

IN · LOCVM · QVEM · ORDO · DECREVIT · STATVAM · ET · SCAMNA · MARMOREA · ET AREAM · MARMOREAM · DE · SVA · PECVNIA · DEDIT (15)

SEDES · MARMOREAS · POSVIT (16)

GRADVS · DE · SVO · FECIT (17)

HORILOGIVM · CVM · SEDIBVS · PAGANIS · LAEBACTIBVS · DEDERVNT (18)

SOLARIA · DE · SVA · IMPENSA · FECERVNT (19)

TRICLINIVM · OPERE · TECTORIO · PERPOLIVIT (20)

(1) Grut. p. 169. n. 5.
(2) Nard. Rom. l. 5. c. 6. Grut. p. 170. n. 3.
(3) Reines. Cl. 1. n. 273.
(4) Grut. p. 214.
(5) fragm. 52. l. 3.
(6) Th. calam. p. 691. etc.
(7) Grut. p. 109. n. 4.
(8) Fabr. p. 606. n. 53.
(9) Murat. p. 483. n. 9.
(10) Vit. Ant. Ben. t. 1. p. 134.
(11) Murat. p. 483. n. 5.
(12) Maff. M. V. p. 208.
(13) Plin. H. N. l. 36. c. 25. n. 62.
(14) lib. 7. c. 1.
(15) Maff. M. V. p. 422. n. 3.
(16) Murat. p. 444. n. 1.
(17) id. p. 482. n. 3.
(18) Fabr. p. 684. n. 80.
(19) Grut. p. 173. n. 1.
(20) Fabr. p. 449. n. 59.

CAMERAM · SVPERPOSVIT · ET · OPERE · MVSEO · EXORNAVIT (1)
PODIO · CIRCVMCLVSIT (2)
NOVVM · TECTVM · SVA · IMPENSA · RESTITVIT (3)
TRABES · TECTI · FERRO · SVFFIXIT (4)
SVBSTRVCTIONEM · ET · TABVLARIVM · EX · S · C · FACIVND · CVRAVIT (5)
CREPIDINES · CIRCA · FORVM · SVA · PECVNIA · FECIT (6) hic vero *Forum* est os cisternae: nam inscriptio Calatiae inventa ad cisternam veterem.
CISTERNAM · EX · PECVNIA · PVBLICA · REFICIENDAM · CVRAVERVNT (7)
HOC · OPVS · FACIVNDVM · CVRAVIT (8)
SVA · PECVNIA · CONSTITVIT (9)
OPVS · EX · REDIVIVIS · CONSTITVIT (10) iis scilicet e lapidibus, quibus ante constabat.
EX · EA · PECVNIA · SCALAE · AEDIS · DEVM · PENATIVM · AEDIFICATAE · SVNT (11)

PARS IIII.

BENEFICIA, LIBERALITATES, LEGATA

§. I.

BENEFICIA

QVOD · EIVS · OPERA · VNIVERSVM · MVNICIPIVM · EX · SVMMIS · PERICVLEIS · ET DIFFICVLTATIBVS · EXPEDITVM · ET · CONSERVATVM · EST (12)
QVOD · PRIVILEGIA · EORVM · NON · MODO . CVSTODIVERIT · SED · ETIAM AMPLIAVERIT (13)
OB · AMPLA · BENEFICIA · AB · OPTIMO · MAXIMOQVE · PRINCIPE · IN · SE · CONLATA (14)
AMPLA · BENEFICIA · DE · INDVLGENTIA · AVGVSTORVM · SVFFRAGIO · PATRIS · EIVS CONSECVTVS (15)
QVI · ROGATVS · AB · ORDINE · PARITER · AC · POPVLO · VT · GLADIATORII · MVNERIS PVBLICI · CVRAM · SVSCIPERET · FECIT (16)
SPLENDIDISSIMVS · ORDO · BENEVENTANORVM · PRIVATIM · ET · PVBLICE · PATROCINIO EIVS · SAEPE · DEFENSI (17)
OB · EXIMIAM · MODERATIONEM · ET · IN · STERILITATE · ANNONAE · LABORIOSAM ERGA · IPSOS · FIDEM · ET · INDVSTRIAM · VT · ET · CIVIBVS · ANNONA · SVPERESSET ET · VICINIS · CIVITATIBVS · SVBVENIRETVR (18)
SENATVS · ROMANVS · ET · T · QVINCTIVS · IMPERATOR · PHILIPPO · REGE MACEDONIBVSQVE · DEVICTIS · LIBEROS · IMMVNES · SVIS · LEGIBVS · ESSE IVBET · CORINTHIOS · PHOCENSES . LOCRENSESQVE · OMNES · ET · INSVLAM EVBOEAM · ET · MAGNETAS · THESSALOS · PERRHAEBOS · ACHAEOS · PHTHIOTAS (19)
PATRONO · COLONIAE · CVIVS · CVRA · ET · SOLLICITVDINE · OMNIA · OPERA · PVBLICA RESTAVRATA · SVNT (20)

(1) Gor. Inscr. t. 1. p. 8.
(2) Grut. p. 172. n. 14.
(3) id. p. 172. n. 10.
(4) id. ibid. n. 14.
(5) id. p. 170. n. 6.
(6) Calog. N. R. t. 10. p. 129.
(7) Murat. p. 487. n. 8.
(8) id. p. 445. n. 6.
H · M . EXT · N · REC · (38) *Hoc monumentum externos non recipit*
H · M · H · N · S · (39) *Hoc monumentum heredes non sequitur*
H · M · H · E · N · S · (40) *Hoc monumentum heredem externum non sequitur*

(1) Fabr. p. 196. n. XLIV.
(2) Grut. alii saepe
(3) id. p. 344. n. 12.
(4) id. p. 45. n. 9.
(5) id. alii passim
(6) Murat. p. 219. n. 1.
(7) Grut. alii saepe
(8) iidem saepe
(9) Grut. p. 521. n. 6. etc.
(10) id. p. 590. n. 5.
(11) id. alii saepe
(12) id. alii saepe
(13) id. p. 28. n. 2.
(14) id. p. 173. n. 5.
(15) id. p. 389. n. 7.
(16) Hagemb. Ep. Ep. p. 507.
(17) Maff. M. V. p. 218. n. 6.
(18) Fabr. p. 357. n. 73.
(19) Grut. p. 538. n. 6.
(20) Grut. alii passim
(21) Don. Cl. 7. n. 150.
(22) Grut. p. 587. n. 3.
(23) id. ibid. n. 8.
(24) Grut. alii passim
(25) Fabr. p. 546. n. 111.
(26) id. p. 348. n. 17.
(27) Marm. Pisaur. n. 150.
(28) Grut. p. 569. n. 2.
(29) Don. Cl. 2. n. 187.
(30) Fabr. p. 72. n. 65.
(31) id. p. 133. n. 25.
(32) id. p. 181. n. 378.
(33) Grut. p. 854. n. 4.
(34) Fabr. p. 359. n. 86.
(35) Grut. p. 543. n. 9.
(36) Fabr. p. 93. n. 210.
(37) Grut. alii saepe
(38) id. p. 311. n. 5.
(39) id. p. 346. n. 6.
(40) id. p. 308. n. 7.

H · M · S · D · M · CONCESSVM · EST (1) *Hoc monumentum sine dolo malo concessum est*
H · C · E · (2) *Heic conditus est*
H · S · E · (3) *Heic situs est*
H · S · S · (4) *Heic siti sunt*
INF · AER · P · R · (5) *Inferat aerario populi Romani*
IN · FR · P · (6) *In fronte pedes*
IN · LAT · (7) *In latum*
LAT · P · XX · (8) *Latum pedes viginti*
L · Q · P · XVI · (9) *Latum quaquaversus pedes sexdecim*, vel *quadratos pedes*
M · (10) *Menses*
MIL · (11) *Miles*, aut *Militavit*
M · P · (12) *Monumentum posuit*
N · vel NAT · (13) *Natione* vel *Natus*
O · H · S · S · (14) *Ossa heic sita sunt*
O · P · Q · (15) *Ossa placide quiescant*
O · T · B · Q · (16) *Ossa tua bene quiescant*
P · vel PED · (17) *Pedes*
P · (18) *Posuit*
P · P · (19) *Pro parte*
P · M · (20) *Plus*, *minus*
Q · Q · V · P · L · (21) *Quaquaversus pedes quinquaginta*
Q · V · A · XVII · M · VIIII · H · II · (22) *Qui vixit annos septendecim*, *menses novem*, *horas duas*
RET · P · XXX · (23) *Retro pedes triginta*
SIBI · ET · S · P · Q · E · (24) *Sibi et suis posterisque eorum*
T · F · (25) *Testamento fecit*
T · F · I · (26) *Testamento fieri jussit*
T · P · I (27) *Testamento poni jussit*
V · (28) *Vixit*, *Vivit*, *Vivus*
V · F · (29) *Vivus fecit*
V · P · (30) *Vivus posuit*
V · V · V · (31) *Vale vale vale*

§. IIII.

INSCRIPTIONVM HISTORICARVM

A · M · XX · (32) *A milliario vicesimo*
A · P · V · C · (33) *Anno post urbem conditam*
APPELL · E · (34) *Appellatus est*
COACT · ABDIC · (35) *Coactus abdicare*
COMIT · HABEND · CAVSSA (36) *Comitiorum habendorum caussa*
D · S · S · (37) *De senatus sententia*
DES · DESIG · (38) *Designatus*
D · S · P · F · C · (39) *De sua pecunia faciundum curavit*
EX · S · C · FIN · POMER · TERMIN · (40) *Ex senatus consulto fines pomerii terminaverunt*

(1) Fabr. p. 49. n. 282.
(2) id. p. 286. n. 200.
(3) Grut. alii passim
(4) Murat. p. 1591. n. 4.
(5) Grut. p. 827. n. 2.
(6) Grut. alii passim
(7) Fabr. p. 181. n. 378.
(8) id. p. 177. n. 361.
(9) id. p. 179. n. 371.
(10) Grut. alii passim
(11) iidem saepe
(12) Fabr. p. 698. n. 204.
(13) Grut. alii saepe
(14) id. p. 575. n. 8.
(15) Fabr. p. 751. n. 587.
(16) Maff. M. V. p. 466. n. 7.
(17) Grut. alii passim
(18) Fabr. p. 136. n. 116.
(19) id. p. 152. n. 219.
(20) Grut. p. 590. n. 2.
(21) Maff. M. V. p. 151. n. 1.
(22) Fabr. p. 368. n. XXIII.
(23) id. p. 604. n. 40.
(24) Grut. p. 615. n. 1.
(25) Fabr. p. 217. n. 365.
(26) Grut. p. 811. n. 5.
(27) Fabr. p. 100. n. 108.
(28) Grut. alii saepe
(29) iidem saepe
(30) Grut. p. 723. n. 6. etc.
(31) Maff. M. V. p. 96. n. 5.
(32) Grut. p. 201. n. 2.
(33) id. p. 1085. n. 1.
(34) id. in fast. p. 292.
(35) id. ibid.
(36) id. p. 201.
(37) id. p. 150. n. 1.
(38) Grut. alii saepe
(39) id. p. 109. n. 11.
(40) id. p. 195. n. 2.

F · C · (1) *Faciundum curavit* aut *curaverunt*
IN · E · L · F · E · (2) *In ejus locum factus est*
IN · M · M · E · (3) *In magistratu mortuus est*
IN · MAG · OCCIS · EST (4) *In magistratu occisus est*
IN · SING · H · (5) *In singulos homines*
LEG · (6) *Legavit*
L · F · (7) *Lustrum fecit*
M · P · XV · (8) *Millia passuum quindecim*
N · (9) *Numero* vel *Nummos*
OB · HON · (10) *Ob honorem*
P · S · F · (11) *Pecunia sua fecit*
PROX · CIPP · PED · CLXVIS · (12) *Proximo cippo pedes centum sexaginta sex semis*
R · G · C · (13) *Rei gerundae caussa*
R · R · (14) *Ruderibus rejectis*, vel *Recta regione*
S · P · F · (15) *Sua pecunia fecit*
VIT · FACTI · ABD · (16) *Vitio facti abdicaverunt*

§. V.

ELLOGIORVM

AVG · (17) *Augusti, Augustae*
CENS · (18) *Censor*
F · (19) *Filius*
ID · FEB · (20) *Idus Februariae*
MAG · EQ · (21) *Magister equitum*
ORD · COMENS · (22) *Ordo Comensis*
PRAEF · FABR · (23) *Praefectus fabrûm*
PRAEF · COH · IIII · RAETORVM (24) *Praefectus cohortis quartae*
PR · (25) *Praetor*
PRAET · (26) *Praetorum*
Q · (27) *Quaestor*
S · F · (28) *Sacris faciundis*
V · C · (29) *Vir clarissimus*

§. VI.

CONSTITVTIONVM PVBLICARVM

A · A · S · E · V · (30) *Alter, ambove, si eis videbitur*
B · F · (31) *Bonum factum*
D · E · R · I · C · (32) *De ea re ita censuerunt*
D · E · R · Q · F · P · D · E · R · I · C · (33) *De ea re quid fieri placeret, de ea re ita censuerunt*
E · H · L · N · R · (34) *Ejus hac lege nihil rogator*
E · R · P · E · V · (35) *E re publica esse videbitur*
EX · H · L · (36) *Ex hac lege*

(1) Grut. alii saepe
(2) id. in fast. p. 293.
(3) id. ib. p. 292.
(4) id. ib. p. 294.
(5) id. p. 461.
(6) id. p. 449. n. 5.
(7) id. in fast. p. 293.
(8) Maff. M. V. p. 105. n. 4.
(9) Grut. alii saepe
(10) id. p. 175. n. 8.
(11) id. p. 194. n. 7.
(12) id. p. 196. n. 3.
(13) id. in fast. p. 291.
(14) v. inscr. 260. l. 1.
(15) Grut. p. 168. n. 6.
(16) id. in fast. p. 292.
(17) Gud. p. 191. n. 8. etc.
(18) Grut. p. 298. n. 2.
(19) id. alii saepe
(20) id. p. 439. n. 2.
(21) id. p. 377. n. 4.
(22) id. p. 367. n. 5.
(23) id. p. 373. n. 4.
(24) id. ibid.
(25) id. p. 225. n. 7.
(26) id. p. 436. n. 3.
(27) id. p. 225. n. 7.
(28) Don. Cl. 5. n. 189.
(29) Grut. p. 309. n. 4.
(30) id. p. 503. n. 1.
(31) v. inscr. 305. l. 1.
(32) Cic. Fam. l. 8. ep. 8. etc.
(33) Front. de Aq. art. 106.
(34) Grut. p. 205. n. 1.
(35) id. p. 512.
(36) id. ibid.

IN · V · R · P · VE · V · R · (1) *In urbe Roma propiusve urbem Romam*
I · V · E · E · R · P · F · S · V · C · (2) *Ita, ut eis e re publica fideve sua videbitur, censuere*
Q · D · E · R · F · P · D · E · R · I · C · (3) *Quod de ea re fieri placuit, de ea re ita censuerunt*
QVAE · S · S · S · (4) *Quae supra scripta sunt*
V · F · (5) *Verba fecit*
V · D · P · R · L · P · (6) *Vt*, vel *unde de plano recte legi possit*

Litterarum id genus ac vocabulorum exempla alia bene multa priscis in titulis reperies; sed haec fere sunt, quae novis inscriptionibus maxime idonea videantur: quod ex omnibus veterum siglis nulla magis sollemnia usuque celebrata esse constet. alia tamen sigla ad veterum normam recte quis induxerit, quum nomina appellationesque usurpari opus fuerit, quae cuique vel levi indicio nota fiant: ut si quis scribat,

ANT · F · *Antonii filius*
GREG · F · *Gregorii filius*
HOR · F · *Horatii filius*
HORT · F · *Hortensii filius*
similia his sunt
V · E · *Vir Eminentissimus*
EPISC · *Episcopus*
ARCHIEP · *Archiepiscopus*
CARD · *Cardinalis*
PRESB · *Presbyter*
DIAC · *Diaconus*

et quae, quum primae perscriptae sunt litterae, nemo quid designent, ignorat; sive quod ea usu noverit, sive etiam quod ex inscriptionis argumento primum ediscat. quamquam vel ipsa nomina, quibus praenominum loco utaris, aeque omnibus et primis litteris recte perscribentur, quum non modo vetustissimi Romanorum id usurparint, ut ex epitaphiis Scipionum nuper didicimus; sed Augustorum etiam temporibus incisi lapides alia atque alia praenomina ὁλογραμματως scripta etiam nunc exhibeant (7).

(1) Maff. M. V. p. 439.
(2) Grut. p. 503. n. 1.
(3) id. p. 443. n. 6.
(4) id. p. 512.
(5) in S. C. passim
(6) Maff. M. V. p. 437.
(7) Gioven. ad Liv. fragm. p. 33. et inscr. 46. l. 1. etc.

CAPVT X.

Numeri ac notae inscriptionum

Numerorum, quibus Latini usi sunt, figuras potestatemque plerique omnes a pueris norunt. sed variae tamen quorundam occurrunt formae, quae saepe usui esse possunt, nec illae omnibus cognitissimae: ut caussa sit, cur has simul omnes subjiciamus. praeterquamquod de numeris quibusdam controversia mihi dirimenda est, quam libro superiore in hunc locum rejeci. tum vero notarum etiam idonea quaedam exempla hic proposuisse juverit, ut compendiaria ratione, ubi commodum erit, uti possimus, nec brevitatem, quae obscuritate careat, negligere, aut scita illa moris antiqui vestigia ignorare videamur.

§. 1.

NVMERI

I · II · IĪ · III · IIĪ · IIII · IIĪI · IV · V · VI · VĪ · VIIĪ ·
VII · VIĪ · VIII · VIIĪ · IIX · VIIII · VIIĪI · IX · X ·

XX · (1)	*viginti*
XXX · (2)	*triginta*
XXXX · XL ·	*quadraginta*
L · ⅃ · (3)	*quinquaginta*
LX ·	*sexaginta*
LXX ·	*septuaginta*
LXXX · XXC ·	*octoginta*
LXXXX · XC ·	*nonaginta*
C ·	*centum*
CC ·	*ducenti*
CCC ·	*trecenti*
CCCC · CD ·	*quadringenti*
D · ⊕ · D ·	*quingenti*
DC ·	*sexcenti*
DCC ·	*septingenti*
DCCC · CC ∞ ·	*octingenti*
DCCCC · CM · ∞ ·	*nongenti*
CIↃ · cIↃ · M · · ·	*mille*
I · D · (4)	*mille et quingenti*
∞ ∞ ·	*duo millia*
∞ ∞ ∞ :	*tria millia*

(1) Grut. p. 307. n. 8. etc.
(2) Mars. in Dan. t. 2. p. 95. n. 3.
(3) Bert. A. Aq. p. 195. n. 215. Fabr, p. 661. n, 508. etc.
(4) v. inscr. 45. l. 1.

∞ ɔɔ ·	*quatuor millia*
ɔɔ ·	*quinque millia*
ɔɔ · ∞ ·	*sex millia*
ɔɔ ∞ ∞ ·	*septem millia*
ɔɔ ∞ ∞ ∞ ·	*octo millia*
∞ cIɔɔ	*novem millia*
cIɔɔ · (Φ) (1)	*decem millia*
cIɔɔ ∞ ·	*undecim millia*
cIɔɔ cIɔɔ ·	*viginti millia*
cIɔɔ cIɔɔ cIɔɔ ·	*triginta millia*
cIɔɔ Iɔɔɔ ·	*quadraginta millia*
Iɔɔɔ ·	*quinquaginta millia*
Iɔɔɔ cIɔɔ ·	*sexaginta millia*
Iɔɔɔ cIɔɔ cIɔɔ ·	*septuaginta millia*
Iɔɔɔ cIɔɔ cIɔɔ cIɔɔ ·	*octoginta millia*
cIɔɔ ccIɔɔɔ	*nonaginta millia*
ccIɔɔɔ	*centum millia*
$\overline{\text{X}}$ (2)	*decies centena millia*
$\overline{\text{XII}}$ (3)	*duodecies centena millia*

$\overline{\text{XVII}}$ $\overline{\text{LXVI}}$ · DCLVI · (4) *decies septiesque centena, et sexaginta sex millia, sexcenti quinquaginta sex*

$\overline{\text{XXXX}}$ (5) *quadragies centena millia*

Excidit olim Maffejo, commentarium in Placentinam tabulam scribere deproperanti, excidit, inquam, qui numerus in ea tabula (6) sic effictus est,

$\overline{\text{XVI}}$

eo significari decies sexiesque decies centena millia (7) *ut*, inquit, *ex summa quam pro iis accipere debent*, qui fundos suos professi sunt, *intelligitur*. atqui, ut ibidem perscriptum est, Coloni Lucenses accipere debebant

HS · $\overline{\text{CXXVIII}}$ · DCCLXXX ·

quae quidem summa satis respondet summae HS · decies et sexcentorum millium; minime vero ei, quam ipse indicari affirmat. quippe idem paullo superius haec habet: *Animadverti, quamdam inter profitentium et accipientium summas proportionem servari, verum minime uniformem. quandoque, ut in postremis septem, et in aliis quibusdam paragraphis, qui centum profitetur, decem debet accipere: saepe tamen minus, et pro centenis professis octo circiter. at interdum fere duodecim.* igitur fundos professi erant ad sestertium decies centena et sexcenta millia, qui ad aliorum normam accipere dicuntur

HS · $\overline{\text{CXXVIII}}$ · DCCLXXX ·

quae pars est fere duodecima sestertiûm $\overline{\text{X}}$ et sexcentorum millium.

Porro his olim numeris respondebant, opinor, Latinorum formulae illae compendiariae *Decies, Vicies, Tricies* HS et similia. itaque tu contra, ubi Cicero ait (8), *Sestertiûm* ter et quadragies *rogabamus*, scribere possis,

$\overline{\text{XXXXIII}}$

(1) v. inscr. 298. l. 1.
(2) Maff. M. V. p. 384. v. 34.
(3) Fabr. p. 644. n. 378.
(4) Grut. p. 1028. n. 5.
(5) Fabr. p. 644. n. 378.
(6) M. V. p. 396. v. 14.
(7) ibid. p. 402. c. 2. et iter. p. 403. c. 2.
(8) pro Flacc. c. 13. n. 30.

atque ubi dicit (1), *Bona patris hujusce Sex. Roscii, quae sunt* sexagies, sic numeris efferre liceat

|$\overline{\text{LX}}$|

quippe illa sunt sestertiûm nummorum quadragies centena et trecenta millia, haec vero sexagies centena millia. at summam multo majorem designat Tacitus (2), quum Pallantem Claudii libertum *ter millies* possessorem fuisse scribit: quam summam numeris, opinor, sic indicabant

|$\overline{\text{CCC}}$|

longe etiam majorem summam habes in Hadriani nummo (3) *sestertiûm novies millies* remisit: nam eam quidem sic efferendam existimo:

|$\overline{\text{DCCCC}}$|

remisit nempe Hadrianus sestertiorum nummorum novies millies centena millia, sive sestertiorum majorum novies centena millia: Pallanti fuerunt sestertiorum nummorum ter millies centena millia, sive sestertiorum majorum trecenta millia. qui autem numeris hujusmodi uterentur, ii *notare* summam, non perscribere dicebantur (4).

Quaeres jam, quid de linea illa sentiam, quae saepe in antiquorum titulis numeros quodammodo tegit. neque enim ubique quot eminent numeri, totidem millia significari recte dixeris: quum ea saepe linea tam sestertiûm numeros, quam quoslibet alios intectos videamus. ita scilicet annos tribunicíae potestatis et consulatus et victorias Imperatorum designari nemo ignorat: sic et magistratus saepe perscripti, ut $\overline{\text{II}}$ VIR, $\overline{\text{VI}}$ · VIR, $\overline{\text{X}}$ · VIR, $\overline{\text{XV}}$ · VIR, $\overline{\text{XX}}$ · VIR: apud Odericium (5) autem in Sex. Varii Marcelli monumento leges, PROC · AQVAR · $\overline{\text{C}}$ · PROC · PROV · BRT · $\overline{\text{CC}}$, PROC · RATIONIS · PRIVAT · $\overline{\text{CCC}}$, id est, ut ille explicat, *Centenario, Ducenario, Trecenario*, appellatione a stipendiorum numero ducta. his porro locis quis non videt, nihil omnino ea linea numero addi, praeter quamdam venustatem?

Quare tum demum ea mihi linea demonstrabit legendum esse *Millia*, quum numeros a numeris distinguere videbitur: quemadmodum in tabula Placentina facile quisque dijudicet. sic enim sestertiûm summae perscriptae sunt,

IIS · $\overline{\text{VIII}}$ · DCLXXXII · N ·

IIS · $\overline{\text{CCCX}}$ · DXXXX · N ·

IIS · $\overline{\text{XXV}}$ · CCCLIII · N ·

exempla ibidem sexcenta invenies hujusmodi, nonnulla etiam aliis in monumentis (6). ceterum animadvertendum est, lineas illas hoc loco non tam milliarii numeri indicium esse, quam sestertiorum magnorum: octo enim sestertia sunt sestertiorum nummorum octo millia: qua de re fusius libro primo a me actum est (7). quapropter hoc tantum affirmari vere potest, lineas antiquitus numeris superadditas esse discriminis causa, ut qui legerent, admonerentur, vel eas non esse litteras, sed pro numeris tantum usurpari; vel numeros utique esse, sed non earundem omnes rerum, primis imo majoris, ceteris minoris pretii res significari: quemadmodum et Graecis talenta fuere, post haec minae, deinde drachmae.

(1) pro Rosc. Am. c. 2. n. 6.
(2) Ann. l. 12. c. 53.
(3) inscr. 426. lib. 1.
(4) Svet. in Galb. c. 5. n. 3.
(5) v. Syll. Inscr. p. 199. n. 29.
(6) v. inscr. 45. l. 1. et Grut. p. 393. n. 8. p. 1028. n. 5. etc.
(7) ad inscr. 108.

§. II.

NOTAE

Notarum antiquarum, quas Ioannis Nicolaji opera collectas digestasque habemus, pleraeque mihi praetermittendae sunt: neque enim inscriptionibus, nisi paucae, conveniunt. at ex his tamen sunt, quae assem et uncias designant, quae pedum item partes fuerunt: quare hae primum notae subscribentur:

P	*As* sive *libra*, id est *unciae* XII.
PP	*Dupondius* sive *unciae* XXIIII.
s = – =	*Deunx* sive *unciae* XI.
s = =	*Dextans* sive *unciae* X.
sz	*Dodrans* sive *unciae* VIIII.
-s-	*Bes* sive *unciae* VIII. item *Sextarius* (1)
x	*Septunx* sive *unciae* VII.
s – *vel* s	*Semissis* sive *unciae* VI.
= – = *vel* s s s s s (2)	*Quincunx* sive *unciae* V.
= = *vel* s s s s (3)	*Triens* sive *unciae* IIII. quae sic etiam effictae ⏑ ⏑
= – *vel* s I – (4)	*Quadrans* sive *unciae* III. neque enim audiendus est Volusius Maecianus, a quo Odericius edoctum se ait, ea nota trientem designari.
=	(5) *Sextans* sive *unciae duae*
–	*Vncia*
⅃	(6) *Vnciae dimidium*

Iam e reliquis veterum notis, quibus adhuc nos uti fas sit, centurionis atque centuriae notam praecipuam duxerim: et centurionis enim et centuriae imaginem quamdam ac speciem retinemus. porro figuram ejus in veterum monumentis multiplicem offendes; hic ego septifariam expressam dabo:

7 · ɔ · ɛ · ℓ · ꓘ · ϛ · ϩ ·

Denariorum notae saepe occurrunt hujusmodi ⋇, -ɔc-, ⋕: his quoque uti liceat, quum pretium par utriusque vulgo habeatur, ut Iulii numi et denarii: eademque de caussa V Quinarii nota recipi potest.

Prima vero notarum non modo Christianorum monumentis aptissima, sed etiam Christianis ipsis veteribus usitatissima (7), Christi servatoris nostri nomen est Graecis duabus litteris significatum, quae nominis ejusdem initium sunt X et P, quibus addita non raro A et Ω, ut Christum his Deum aeternum proderent ac faterentur. sed litterarum earum conjunctionem et notae figuram cultumque varia esse ac dissimilia, antiquis in tabulis deprehendes. inde exempla sunt, quae adjiciam:

(1) v. inscr. 329.
(2) Maff. M. V. p. 381. tab. Plac.
(3) Grut. p. 810. n. 8. Anecd. litt. Rom. v. 1. p. 473.
(4) Oderic. Diss. 2. p. 47.
(5) v. inscr. 36. l. 1.
(6) v. inscr. 331.
(7) Buonarr. Vetr. pref. p. 10.



ex his Constantinianum *μονογραμμα* est, in quo linea recta litterae P una fit cum altera e duabus litterae X hoc modo ☧: nam haec de Constantino Aug. discrte scripsit auctor vetus libelli *de mortibus Persecutorum: Fecit*, inquit (1), *ut jussus est, et transversa X littera, summo capite circumflexo Christum in scutis notat*. cujus sententiae nuper ab egregio etiam Petri Lazeri commentario (2) multum accessit auctoritatis.

Nec aliae desunt Christianorum veterum notae, quibus epitaphia nostra ornari possint. Συμβολα Graeci dixere, quae majores nostri in anulis etiam suis incidi curabant. de his illa sunt apud Clementem Alexandrinum (3): Αἱ δε σφραγιδες ἡμιν εστων πελειας, ἡ ἰχθυς, ἡ ναυς ουρανοδρομουσα, ἡ λυρα μουσικη, ᾗ κεχρηται Πολυκρατης, ἡ αγκυρα ναυτικη, ἣν Σελευκος ενεχαραττετο τῃ γλυφῃ· κ' αν ἁλιευων τις ᾖ, Αποστολου μεμνησεται, και των ἐξ ὑδατος ανασπωμενων παιδιων. jamvero quae Clemens in Christianorum anulis probabat, eorum pleraque in horum tumulis efficta videas; columbam, quae interdum corollam rostello aut olcae ramulum tenet: tum piscem, quo de symbolo exstat Costadonii dissertatio (4), vel piscis loco nomen ipsius Graecum ΙΧΘΥΣ, quarum scilicet litterarum haec erat tacita quaedam interpretatio, Ιησους Χριστος Θεου Υιος Σωτηρ: navem etiam ventis obsecundantibus vela pandentem. lyram quidem illam Polycrateam nusquam vidi; at ancoram saepissime, cujus figurae usus ad spem significandam antiquior Selcuco est, cui nota ejus in femore naturalis, regni occupandi spem fecit (5). corona item e lauro et palma in sepulcris frequens; quam apud veteres Christianos unis appositam martyribus multi putaverunt, quasi αεθλον et partae indicium victoriae: qua etiam in sententia Boldettus fuit; haud vera tamen sequutus, uti jam Fabretti maxime auctoritate Odericius declaravit (6). vestigia demum et pedes sepulcris insculpta aliquando occurrent, quae Lupius *quasi anathemata quaedam* fuisse putat (7) *Deo sacrata pro bene absoluta peregrinatione ea, qua peregrinamur a Domino*.

Ex his quas voles Christianae professionis notas vulgaris quoque scalptor nullo negotio delineabit: idemque sub ipsum epitaphium aut ad latera effinget: excipe Christi *μονογραμμα*, quod rectius initio incidetur.

(1) n. 44.
(2) ed. Romae 1776.
(3) in Paedag. l. 3. c. 11. *signa vero nobis sint columba aut piscis aut navis, quae in caelum feratur, aut lyra musica, qua Polycrates usus est, aut ancora nautica, quam Seleucus caelabat. et si piscator effictus fuerit, Apostoli memineris, et puerorum, qui ex aqua educuntur.*
(4) Calog. t. 41. p. 253.
(5) v. Iust. hist. l. 15. c. 4.
(6) diss. 2. §. 5. p. 50.
(7) Epit. Sev. Mart. p. 69.

CAPVT XI.

Clausulae inscriptionum

Clausulam appello partem ultimam inscriptionis, quae a praecedentibus sic pendeat, ut abesse etiam sine sententiae jactura possit: saepe tamen necessaria sit, vix unquam inutilis, quod lucem fere inscriptioni afferat aut venustatem. quippe haec plerumque in clausulis designata legimus, annum diemque operis absoluti, vel aliquam temporis ejusdem notam: tum consensum aut decretum senatus, decurionum, populi: impensam monumentorum remissam; curatores, arbitros, testes: jura etiam sepulturae, mensuram loci religiosi, omina quaedam et precationes, sententias, dicta, et quae sunt hujusmodi. enimvero iis rejectis, quas nostri mores respuunt, clausulas eas, quae singulis generibus convenire nunc posse aut certe exemplo esse videantur, in singulos articulos tributas subjiciam.

§. 1.

INSCRIPTIONVM SACRARVM

DEDICAVERVNT · VII · KAL · OCTOB · DVOBVS · AVGG · SEVERO · III · ET ANTONINO · PIO · COS · (1)
DEDICATA · IMP · CAES · HADRIANO · ANTONINO · AVG · PIO · II · ET · C · BRVTTIO · PRAESENTE · COS · (2)
DEDIC · VIII · K · AVG · MVCIANO · ET · FABIANO · COS · (3)
A · D · III · EID · OCT · CN · DOMIT · C · ASINIO · COS · (4)
INCHOATA · ANTONINO · AVG · PIO · P · P · DEDICATA · XV · KAL · APRIL · SCIPIONE · ORFITO · ET · SOSIO · PRISCO · COS · (5)
C · ASINIO · GALLO · C · MARCIO · CENSORINO · COS · L · SALVIO · APRO C · POSTVMIO · COSTA · II · VIRIS · QVINQVENNALIBVS (6)
SACERDOTE · IVLIA · PROCVLA · IMP · CAESARE · DOMITIANO · AVG · GERMANICO · XI · COS (7)
DVOBVS · SILANIS · COS · (8)
IMP · AVGVSTIS · COS · (9)
T · VINIO · COS · (10)
PERMISSV · C · NASENNI · MARVLLI · PONTIFICIS · VOLCANI · ET · AEDIVM SACRARVM · ET · Q · LOLLI · RVFI · CHRYSIDIANI · M · AEMILI · VITALIS CREPEREIANI · II · VIR · (11)
LOCVS · DATVS · DECRETO · VICANORVM · MINNODVNENSIVM (12)
LOCO · D · D · D · (13)
CVRA · AGENTIBVS · CN · SERGIO · MERCVRIO · M · LICINIO · PRIVATO · TI · CLAVDIO · SOSIPOLE · MAGISTRIS · QQ · LVSTRI · XXIX · (14)
EVTYCHVS · SER · PERAGENDVM · CVRAVIT (15)
HOC · SIGNVM · A · SERVO · TANGI · NEFAS · EST (16)

(1) Fabr. p. 130. n. XIV.
(2) Oderic. p. 303. n. 1.
(3) Maff. M. V. p. 240. n. 7.
(4) Noris. Cen. Pis. diss. 2. c. 6.
(5) Fabr. p. 473. n. 23.
(6) Maff. M. V. p. 109. n. 1.
(7) id. ibid. p. 82. n. 2.
(8) Fabr. p. 77. n. 81.
(9) Maff. M. V. p. 256. n. 2.
(10) id. ibid. p. 471. n. 2.
(11) Fabr. p. 746. n. 545.
(12) Maff. Ant. Gall. ep. 3.
(13) Fabr. p. 646. n. 391.
(14) Maff. M. V. p. 253. n. 8.
(15) Grut. p. 49. n. 3.
(16) id. p. 57. n. 2.

§. II.

INSCRIPTIONVM HONORARIARVM

DEDIC · IDIB · OCT · SATVRNINO · ET · GALLO · COS · (1)
DEDICAVIT · IPSE · X · KAL · IVN · IMP · ANTONINO · III · COS · ET · DEDIT SPORTVLAS · DEC · HS · XII · N · PLEBEI · VRB · HS · VI · N · (2)
OB · QVARVM · (*Statuarum*) DEDICATIONEM · HEREDES · EX · TESTAMENTO EIVS · DECVRIONIBVS · SINGVLIS · ⊠ · IIII · AVGVSTALICIS · ⊠ · III · PLEBEI · INTRA · MVRVM · HABITANTIBVS · ⊠ · II · LIBERIS · OMNIVM EORVM · DIMIDIVM · DEDERVNT · L · D · D · D · (3)
M · HELVIVS · AGRIPPA · PATER · HONORE · VSVS · IMPENSAM · REMISIT (4)
QVI · HONORE · DECRETI · VSVS · IMPENDIVM · REMISIT · ET · STATVAM DE · SVO · POSVIT (5)
CVIVS · HONORE · CONTENTVS · FVIT (6)
HONORE · ACCEPTO · IMPENSAM · REMISIT (7)
PECVNIA · AB · EA · REMISSA (8)
PERMITTENTE · ORDINE · MEROBRIG · (9)
L · D · D · InnI · VIROR · (10)
PERMISSV · DECVRIONVM (11)
L · D · D · X · D · (12)
L · D · S · C · (13)
L · A · D · D · CVRANTE · L · TVRPILIO · FELICE (14)
CVRAM · AGENTIBVS · L · IVLIO · PRIVATO · PATRE · ET · L · IVLIO · PRIMINO AMICO (15)
HONORIS · CAVSSA (16)
HONORIS · ET · VIRTVTIS · CAVSSA (17)

§. III.

EPITAPHIORVM

AD · VII · K · IVL · CN · LENT · M · CRASS · COS · (18)
KAL · MAI · ASINIO · POLLIO · ET · C · ANTISTIO · VET · COS · (19)
FACTVM · EX · TESTAMENTO · HS · CCIↃↃ · ARBITRATV · L · ANNISIDII · L · F · RVFI (20)
OPVS · APSOLVTVM · EX · TESTAMENTO · DIEBVS · CCCXXX · ARBITRATV PONTI · P · F · CLA · MELAE · HEREDIS · ET · POTHI · L · (21)
HOC · SARCOPHAGVM · APERIRI · NON · LICET (22)
HOC · MONVMENTVM · VETO · NE · DE · NOMINE · MEO · EXEAT (23)
VETO · RELIQVIAS · (24) Explicat Terrassonius, *veto reliquias meas loco moveri aliove transferri* (25)
HOC · MONVMENTVM . HEREDEM · NON · SEQVATVR (26)
HOC · MONVMENTVM · HEREDI · NON · CEDIT (27)
HOC · MONVMENTVM · EXTERNVM · HEREDEM · NON · SEQVETVR · NEC HEREDES · MONVMENTVM (28)
EMPTVM · DE · P · DIDIO · SPENDONTE (29)
SI · QVIS · ALIVD · CORPVS · SVPERPOSVERIT · DET · FISCO · ⊠ · CCC · MILLIA (30)

(1) Fabr. p. 296. n. 257.
(2) Don. Cl. 6. n. 20.
(3) Fabr. p. 486. n. 163.
(4) Maff. M. V. p. 422. n. 1.
(5) Grut. p. 445. n. 6.
(6) Plin. l. 7. ep. 29.
(7) Fabr. p. 392. n. 263.
(8) Grut. p. 1088. n. 11.
(9) Hagemb. Dipt. Boeth. p. 129.
(10) Grut. p. 348. n. 1.
(11) Maff. M. V. p. 116. n. 1.
(12) Fabr. p. 343. n. 529.
(13) Oderic. diss. 8. p. 134.
(14) Don. Cl. 5. n. 83.
(15) Lips. p. 74. n. 10.
(16) Grut. p. 474. n. 8.
(17) id. p. 409. n. 9.
(18) Vign. Inscr. Sel. Cl. 3. p. 331.
(19) Fabr. p. 627. n. 234.
(20) id. p. 755. n. 610.
(21) Grut. p. 185. n. 2.
(22) Spon. Misc. p. 24.
(23) Maff. M. V. p. 136. n. 5.
(24) id. ibid. p. 146. n. 2.
(25) Hist. Iurispr. p. 2. §. 12.
(26) Oderic. p. 215. n. 47.
(27) Murat. p. 960. n. 1.
(28) Grut. p. 523. n. 5.
(29) id. p. 949. n. 5.
(30) Fabr. p. 114. n. 288.

COLLEGIVM · IVMENTARIORVM · HVIC · CIPPO · LOCVM · DEDIT (1)
LOCVS · DATVS · DECRETO · COLLEGII (2)
INFELIX · PRIOR · DEBVI · MORI · MATER (3)
QVOD · FACERE · NATI · PARENTIBVS · DEBVERANT · SVIS · MORS · IMMATVRA FECIT · VT · FILIIS · FACERENT · PARENTES (4)
AEQVIVS · ENIM · FVERAT · VOS · HOC · MIHI · FECISSE · (filios patri) (5)
SI · MAIOR · AVCTORITAS · PATRIMONII · MEI · FVISSET · AMPLIORI TITVLO · TE · PROSECVTVS · FVISSEM · PIISSIME · PATER (6)
PIETATIS · CAVSSA (7)
ALIQVANDO · SECVRVS · SVM (8)
BENE · SIT · FILIIS · FILIABVS · MEIS · QVI · ME · BENE · COLVERVNT (9)
NEMO · NOS · INQVIETET · HAVE · ET · VALE · QVISQVIS · ES · (10)
OPTO · VALEAS · QVI · LEGIS (11)
QVI · LEGIT · DISCAT · ESSE · PIVS (12)
AMICE · HAVE · ET · VALE · EGO · HIC · SITVS · SVM (13)
HEVS · TV · VIATOR · LASSE · QVI · ME · PRAETEREIS · CVM · DIV AMBVLAREIS · TAMEN · HOC · VENIVNDVM · EST · TIBI (14)
PICENTES · SALVETE (15) dictum, opinor, conterraneis defuncti.
HAVE · DIC · BENE · VALEAS · QVISQVIS · ES (16)
TE · ROGO · PRAETERIENS · VT · LEGAS · ET · DICAS · SIT · T · T · L · (17) his autem pro litteris recte tu scripseris, TE · IN · PACE, vel R · A · D · E · D ·
HAVETE · AMICI · ET · AMICAE · BONI · EVTICHE · OECONOME · ET PRINCEPS · AGO · MEMORIAE · VESTRAE · GRATIAS (18)
HAVE · BEATISSIMA · ANIMA · NOS · TE · EO · QVO · QVEMQVE · NATVRA IVSSERIT · ORDINE · CVNCTI · SEQVEMVR (19)
AVE · ANIMA · INNOCENTISSIMA · STAEDIA · PAVLLINA (20)
VALE · MIHI · MATER · PIENTISSIMA (21)
MVLIER · OPTIMA · VALE · OMNIVM · AMANTISSIMA · VALE (22)
HAVE · DOMINA · SALVE · DOMINA (23)
ANIMA · SANCTA · SALVE (24)
HAVE · HERME · HOMO · BONE (25)
PARTHENI · HAVE · BENE · VALEAS · QVI · ME · SALVTAS · CVM SOSSIA · FILIA · MEA (26)
VALE ET · TV (27) viatori *vale* dicenti respondet defunctus, et *Tu quoque*, inquit, *valeas*.

§. III.

INSCRIPTIONVM HISTORICARVM

Q · LEPIDVS · M · F · M · LOLLIVS · M · F · COS · EX · S · C · PROBAVERVNT (28)
IN · QVOD · OPVS · EROGATA · SVNT · HS · XXX · (29)
COSSO · CORNELIO · LENTVLO · L · PISONE · AVGVRE · COS · (30)
DEDICATVM · K · MARTIIS · · · · SERVIANO · II · L · FABIO · IVSTO · COS · (31)
OB · CVIVS · DEDICATIONEM · DECVRIONIBVS · SPORTVLAS · CVRIIS EPVLAS · · · · (32)
FACIVNDVM · CVRAVIT · C · LVCCEIVS · MODERATVS (33)

(1) Vit. A. Ben. t. 1. p. 169.
(2) Grut. p. 394. n. 1.
(3) Don. Cl. 10. n. 31.
(4) Murat. p. 1233. n. 6.
(5) Fabr. p. 584. n. 182.
(6) Maff. M. V. p. 147. n. 2.
(7) Fabr. p. 710. n. 314.
(8) Maff. M. V. p. 96. n. 5.
(9) Grut. p. 730. n. 3.
(10) Rein. Cl. 12. n. 60.
(11) Murat. p. 1339. n. 7.
(12) Fabr. p. 417. n. 371.
(13) id. p. 122. n. 20.
(14) Zac. Ist. Lap. p. 270.
(15) Don. Cl. 14. n. 45.
(16) Grut. p. 490. n. 6.
(17) Fabr. p. 285. n. 190.
(18) id. p. 121. n. IX.
(19) Hein. Fund. St. p. 2. c. 5. n. 5.
(20) Maff. M. V. p. 160. n. 9.
(21) Murat. p. 1257. n. 8.
(22) id. p. 1557. n. 8.
(23) id. p. 1421. n. 11.
(24) Maff. M. V. p. 281. n. 2.
(25) Grut. p. 474. n. 1.
(26) Zac. Exc. litt. p. 174.
(27) v. Lup. Epit. Sev. p. 171. 172. et Terent. Heaut. act. 1. sc. 1. v. 115.
(28) Grut. p. 160. n. 3.
(29) id. p. 152. n. 3.
(30) id. p. 166. n. 3.
(31) id. p. 175. n. 10.
(32) Maff. M. V. p. 462. n. 3.
(33) id. ibid. p. 354. n. 1.

CVRANTE · AVR · PERTINACE · FRVMENTARIO (1)
STIPVLATVS · EST · C · ELEVR · · · SPOPONDERVNT · T · PINN · · · P · DECIMVS · EPAGATH · ACT · VI · IDVS · M · · · · L · IVLIO · VRSO SERVIANO · L · FABIO · IVSTO · COS · (2)
ACTVM · PR · KAL · AVG · IMPP · DD · NN · GALLO · AVG · II · ET VOLVSIANO · AVG · COSS · ISDEM · COSS · EADEM · DIE · STATIA · IRENE IVS · LIBERORVM · HABENS · DONATIONI · MONVMENTI · S · S · SIC VT · SVPRA · SCRIPTVM · EST · CONSENSI · SVBSCRIPSI · · · ET ASSIGNAVI (3)
HONORIS · CAVSSA · QVOD · PERPETVO · FELICITER (4)
QVAE · DIVISA · SVNT · POPVLO · PER · GRADVS · K · AVG · COLLEGI · NATALI NVMMIO · ALBINO · ET · FVLVIO · AEMILIANO · COS · (5)
HEREDES · EIVS · PONENDA · CVRAVERVNT (6)

§. V.

ELLOGIORVM

SELLAE · CVRVLIS · LOCVS · IPSI · POSTERISQVE · AD · MVRCIAE · SPECTANDI CAVSSA · DATVS · EST · PRINCEPS · IN · SENATVM · SEMEL · LECTVS EST (7)
TRIBVTVM · EI · VT · QVOTIES · IN · SENATVM · IRET · CVRRV · VEHERETVR AD · CVRIAM · QVOD · A · CONDITO · AEVO · NVLLI · ALII · CONTIGIT (8)
PRINCEPS · IN · SENATVM · DVOBVS · LVSTRIS · LECTVS · EST (9)
VESTE · TRIVMPHALI · CALCEIS · PATRICIIS · · · · (10)

§. VI.

CONSTITVTIONVM PVBLICARVM

SANCTIO · SI · QVIS · HVIVSCE · LEGIS · ERGO · ADVERSVS · LEGES ROGATIONES · PLEBISVE · SCITA · SENATVSVE · CONSVLTA · FECIT FECERIT · SIVE · QVOD · EVM · EX · LEGE · ROGATIONEVE · PLEBISVE SCITO · S · VE · C · FACERE · OPORTEBIT · NON · FECERIT · HVIVS · LEGIS ERGO · ID · EI · NE · FRAVDI · ESTO · NEVE · QVIT · OB · EAM · REM POPVLO · DARE · DEBETO · NEVE · CVI · DE · EA · RE · ACTIO · NEVE IVDICATIO · ESTO · NEVE · QVIS · DE · EA · RE · APVD · SE · AGI · SINITO (11)
ACTVM · GAETVLICO · ET · CALVISIO · COS · (12)
PRIMVS · CENSVIT · C · LVCRETIVS · HELVIANVS · (13)
IN · DECVRIONIBVS · FVERVNT · XXVI · (14)
IN · SENATV · FVERVNT · CCCLXXXIII · (15)
LITIGATVM · EST · EX · ALEXANDRI · AVG · II · ET · MARCELLI · II · COS · IN · PEREGRINI · ET · AEMILIANI · COS · DIES (16)
IVBENTIVS · CELSVS · PROMAGISTER · SVBSCRIPSI · III · NON · NOVEMB · ANTIO · POLIONE · ET · OPIMIANO · KOS · ORDINARIIS · SEVERO · ET SABINIANO · COS · (17)
DESCRIPTVM · ET · RECOGNITVM · EX · TABVLA · AENEA · QVAE · FIXA EST · ROMAE · IN · CAPITOLIO · AEDIS · FIDEI · POPVLI · ROMANI PARTE · DEXTERIORE (18)
DESCRIPTVM · ET · RECOGNITVM · EX · TABVLA · AENEA · QVAE · FIXA · EST ROMAE · IN · CAPITOLIO · IN · PODIO · ARAE · GENTIS · IVLIAE (19)

(1) Grut. p. 169. n. 7.
(2) Maff. M. V. p. 319. n. 6.
(3) Grut. p. 1081. n. 1.
(4) id. p. 109. n. 4.
(5) id. p. 175. n. 8.
(6) Morisan. Inscr. Reg. p. 266.
(7) Gor. Inscr. t. 2. p. 235.
(8) Grut. p. 377. n. 4.
(9) Gor. Inscr. t. 2. p. 241.
(10) v. inscr. 291. l. 1.
(11) Grut. p. 242.
(12) Fabr. p. 170. n. 324.
(13) id. p. 612. n. 99.
(14) id. p. 464. n. 95.
(15) Don. Cl. 2. n. 66.
(16) Fabr. p. 279. n. 171.
(17) Grut. p. 607. n. 1.
(18) Acad. Erc. Br. t. 1. p. 39.
(19) id. ibid. p. 43.

HOC · DECRETVM · ORDINI · NOSTRO · PLACVIT · IN · CONVENTV · PLENO
QVOD · GESTVM · EST · IN · TEMPLO · DIVORVM · IN · AEDE · DIVI · TITI
V · ID · MART · C · BRVTTIO · PRAESENTE · A · IVNIO · RVFINO · COS ·
Q · Q · C · OFILIO · HERMETE · CVRATORIBVS · P · AELIO · AVG · LIB ·
ONESIMO · ET · C · SALVIO · SELEVCO (1)

Hae fere sunt clausulae a veteribus usurpatae, quae nunc quoque usui esse possint, siquidem iis singulae inscriptionibus aptentur, quae a veterum exemplis non discrepent.

(1) Fabr. p. 724. n. 443.

CAPVT XII.

De utilitate et opportunitate exemplorum omnium et formularum

Quamquam libro primo satis tironibus demonstrasse mihi videbar, quae cujusque generis inscriptio esse deberet; secundo autem hoc etiam cavisse arbitrabar, ne aut aliena iidem immitterent, aut optima praetermitterent: tamen quo verba ipsa scribentibus suppeterent, hunc quoque laborem mihi libenter sumpsi, ut germanas veterum formulas dictionesque et colligerem plurimas, et plures in partes apte distribuerem.

Restat, ut illud nunc ostendam, operae pretium fuisse, neque συλλογην hanc, quaecumque sit, scriptori titulorum incommodam inutilemque futuram: quod quidem facile, opinor, perficiam, si propositis cujusque generis argumentis, magna tironibus adjumenta ad inscriptiones peragendas in eo instrumento et supellectile parata esse demonstrem. ceterum id mihi ita praestandum est, ut qui formulas inscriptionum dictionesque hoc sibi libro comparatas digestasque videt, idem titulorum ordinem et formam ex libri primi exemplis sibi repetenda esse intelligat. parum quippe proderit optimas legisse formulas, nisi hae loco atque ad veterum normam rationemque jungantur: cujus scilicet rei caussa liber secundus a me scriptus est. jam initium nostro more a sacris inscriptionibus faciamus.

§. 1.

AD INSCRIPTIONES SACRAS

Finge igitur, inscriptionem te posci donario addendam mulieris, quae voto pro mariti et filii incolumitate suscepto, utrumque tandem, sancta Virgine Angelisque propitiis, reducem e Syria sospitemque complexa sit. ubi te ad libri primi exempla contuleris, quam partium distributionem, quem ordinem sequaris, facile statues: in decima vero et in quadragesima inscriptione dictiones etiam quasdam, reliquas in primo et in octavo libri hujus capite invenies: itaque haec tibi repente ex veterum formulis inscriptio exsistet, quam Christiani hominis religio respuere non possit:

MARIAE · REDVCI
ET · ANGELIS · CAELESTIBVS · TVTELARIBVS
ANTONIA · LAVR · F · CLAVDIANA
PRO · REDITV · FELICISSIMO · E · SYRIA
PAVLLI · AMERINI · CONIVGIS
ET · IVSTI · FILI
VOTVM · ANIMO · LIBENS · SOLVIT

Finge iterum fratres binos, quum militiae tirocinium ponerent, vovisse, si stipendia incolumes confecissent, aedem se in patria sancto Georgio, qui nullam ibi haberet, excitaturos, deinde reduces votum solvisse. inscriptionem, quae singula attingat, facile efficies, formam sequutus inscriptionum tricesimae tertiae et quadragesimae libri primi, hisque perlectis formulis, quas caput primum et octavum hujus libri suppeditant:

AVITVS · ET · ALEXANDER
FRATRES · REDONI
MILITES · COH · PR · 7 · CORVINI
MISSI · HONESTA · MISSIONE
AB · EVGENIO · IMP ·
PRIMI · OMNIVM · IN · PATRIA · SVA
GEORGIO · MARTYRI
INVICTO · SOSPITATORI
AEDEM · SVA · IMPENSA · FECERVNT
QVAM · CALIGATI
VOVERANT

Inscriptionem condi sibi, fac, velint qui altari pueri Iesu ornato, pecuniam etiam legaverint, ut singulis annis ante natalem ejus diebus novem continuis ibidem de more supplicetur. exemplo esse poterit inscriptio quadragesima quinta libri primi: tum cetera tituli membra hoc libro, suo quodque loco reperies:

INFANTI · DEO
CONSERVATORI · GENERIS · HVMANI
FLAVIA · ET · HORATIA · SORORES · ALBINAE
ALTARE
SVA · PECVNIA · EXORNAVERVNT
LEGATIS · ℵ · ∞ · IↃCCCXX ·
VTI · QVOTANNIS · ANTE · NATALEM · EIVS
SVPPLICATIO NOVENDIALIS
ESSET

Iam si titulus in altari figendus erit, quod in aede Martyris constructum sit voti caussa; ex inscriptionibus libri primi decima tertia, vicesima septima et quadragesima secunda, tum ex iis, quae libri hujus capite primo et octavo exposita sunt; titulum excudes hujusmodi:

DEO · MAGNO · AETERNO
SACR ·
IN · MEMORIAM
LAVRENTII · MARTYRIS
CVSTODIS · VRBIS
ORDO · ABELLINVS
VOTO · PRO · SALVTE · CIVIVM
SVSCEPTO
DEDIC · V · KAL · OCTOBR ·
PIO · VI · PONTIFICE · MAXIMO
AN · M · DCC · LXXVIIII·

Si res gestae Imperatoris prodendae erunt, quod is relatam de hoste victoriam Mariae Virgini acceptam referat, ob eamque rem, pecunia e manubiis redacta, statuam ei aeneam statuerit; titulum in basi incidendum ad inscriptionis tricesimae secundae libri primi exemplum conficere liceat, formulis hinc aliquot ex capite primo alteroque et octavo ad ejus ornamentum depromptis:

IMP · CAES · CAROLVS · VI · P · F · AVG ·
AN · IMPER · VIII ·
RE · CHRISTIANA · SERVATA
TVRCARVM · EXERCITIBVS · CAESIS
TAVRVNO · ET · ZAROBARA · CAPTIS
MOESIA · SVPERIORE
ET · DACIA · RIPENSI · SVBACTIS
SANCTAE · GENETRICI · DEI
LIBENS · MERITO
EX · MANVBIIS

Ad monumenta sacrorum quod attinet, si forte titulum inscribere altari opus fuerit, quo declares, qui rem divinam pro mortuis ad illud faciant, iis a Pontifice Maximo datum esse, ut singulis sacris omnia singulorum eluant peccata; hic tu vel huic aptam rei formulam invenies, capitis scilicet octavi parte secunda, numero primi articuli undecimo:

INDVLGENTIA · CLEMENTIS · XI · PONT · MAX ·
ADMISSIS · DEFVNCTORVM · EXPIANDIS
PRIMA · HEIC · HOSTIA
PRO · SINGVLIS · PERLITABITVR

Quid si voti, quod publice susceptum sit, monumentum exstare aliquod oporteat? ut si ob terrae motum et labes multis locis factas certorum dierum jejunia voverit civitas in annos complures: justas utique formulas ibidem reperias, quibus titulum pertexas hujusmodi:

KAL · SEPT ·
PIO · VI · PONTIFICE · MAXIMO
QVOD · TERRA · DIES · AMPLIVS · QVINQVAGINTA
MOVISSET · LABESQVE · MVLTIS · LOCIS · FACTAE · ESSENT
EIVS · REI · ERGO · SENATVS · CENSVIT · IEIVNIVM
MARIAE · ADIVTRICI · ANTE · NATALEM · EIVS
INSTITVENDVM · QVOD · SERVARETVR · QVOTANNIS
VOTO · SVSCEPTO · IN · ANNVM · CENTESIMVM · SI
TELLVS · QVIESSET

inde etiam brevem supplicationis publicae historiam elicere possis, hoc modo:

V · NON · OCTOBR ·
ANNO · M · DCC · LXXVIIII ·
QVOD · QVATVOR · MENSES · NON · PLVISSET
SVPPLICATIO · IN · VRBE · DIES · OCTO · FVIT
OBSECRATIONESQVE · IN · TEMPLIS · CVRIARVM
OMNIBVS · FACTAE · PRECIBVSQVE · AD · VIRGINE
MATRE · PETITVM · VTI · PROPITIATA · CAELESTES
AQVAS · IMPLORANTIBVS · MITTERET · NOXIAMQVE
FRVGIBVS · INTEMPERIEM · PROHIBERET
SACERDOTES · ET · PRIMORES · CIVITATIS
ET · POPVLVS · PER · VRBEM · EVNTES · ET
PACEM · PRECANTES · CARMEN · CECINERE
PRAELATVMQVE · SANCTAE · VIRGINIS · SIMVLACRVM
ACCENSO · THVRE · FACIBVS · CEREISQVE
ARDENTIBVS · SEQVVTI · SVNT

Nec vero tibi, calendarium conficere si velis, aptae deerunt formulae, quibus recte uti possis: quamquam multa inseri necesse est, quae in veterum monumentis reperiri non possint. porro dies hic insigniores Ianuarii Februariique mensium exempli caussa a me designari, contentus esto:

K · IAN · F · DEO · PVERO · QVOD · HOC · DIE · SALVTEM · GENERIS · HVMANI
SANGVINE · SVO · DEDICAVIT
SOLLEMNIA · AD · TEMPL · FARNES ·
VIRGINES · DOTANTVR · AD · MINERV ·
NON · TELESPHORO · PONT · MAX · ET · MARTYRI
VIII · ID · F · DEO · PVERO · QVOD · HOC · DIE · A · TRIBVS · SAPIENTIBVS
ADORATVS · EST
AQVA · RITE · PIATA · POPVLO · DIDITVR
IN · CAPIT · POMPA · DVCITVR
EODEM · DIE · AEDES · CORSIN · IN · LATER · DEDICATAST
V · ID · CELSO · ET · IVLIANO · MARTYRIB · AD · PONTEM · AELIVM
XVI · K · ANTONIO · SENIORI · IN · EXQVILIIS
IVMENTA · LVSTRANTVR
XV · PETRO · APOSTOLO · IN · VATIC · QVOD · HOC · DIE · PONTIFICATVM · MAXIMVM
IN · VRBE · AVSPICATVS · EST
XIII · FABIANO · ET · SEBASTIANO · MARTYRIB · VIA · APPIA · AD · MILLIAR · II ·
VIRGINES · DOTANTVR · AD · AED · GALLOR ·
XII · HAGNE · VIRG · MART · VIA · NOMENTANA
SOLLEMNIA · AD · CIRC · AGON ·
XI · VINCENTIO · ET · ANASTASIO · AD · AQVAS · SALVIAS
SOLLEMNIA · AD · LACVM · VIRGINIS
X · MARIAE · SPONSAE
SACRIFICIVM · SOLLEMNE · AD · TEMPL · LIBER · IN · EXQVILIIS
VIII · PAVLLO · APOSTOLO · DESIGNATO · VIA · OSTIENSI
VI · IOANNI · CHRYSOSTOMO · IN · VATIC ·
IIII · PAPIAE · ET · MAVRO · MARTYRR · AD · AEDEM · NOVAM
HOC · DIE · CLEMENS · VIII · P · M · FERRARIAM · RECEPIT

III · MARTINAE · VIRG · MART · SVB · CAPIT ·
AD · SEPVLCRVM · IN · CRYPTA · SVPPLICATVR
K · FEBR · IGNATIO · MART · IN · COELIMONTIO
IEIVNIVM · QVOD · HOC · DIE · TERRA · MOVIT
IIII · NON · F · MARIAE · PVERPERAE · PERLITANTI ·
CEREI · DE · TEMPLO · CLIENTIBVS · DONO · MITTVNTVR
III · BLASIO · MART · IN · VICO · IVLIO
PR · ANDREAE · CORSINO · IN · LATER ·
NON · AGATHAE · VIRG · MART · IN · REGIONE · MONTANA
VIII · ID · DOROTHEAE · VIRG · MART · TRANS · TIBER ·
VII · ROMVALDO · PATRI
ID · SOLLEMNIA · AD · AEDEM · APOLLINARIS · QVOD · HOC · DIE · EFFIGIES · SANCTAE
VIRGINIS · IN · PARIETE · APPARVIT
XV · K · FERIAE · QVOD · HOC · DIE · D · N · PIVS · VI · PONTIFEX · MAXIMVS
RENVNCIATVS · EST
VIII · PETRO · APOSTOLO · QVOD · HOC · DIE · PONTIFICATVM · ANTIOCHIAE · PRIMVM
VSVRPAVIT
FERIAE · QVOD · EODEM · DIE · D · N · PIVS · VI · PONTIFEX · MAXIMVS · SACRIS
INITIATVS · EST
VII · IEIVNIVM
VI · F · MATHIAE · APOSTOLO · AD · TEMPL · LIBER ·

Vides, opinor, quo pacto cetera persequi non magno labore possis. quippe in veterum formulis, quum uno in loco multae ob oculos versantur, non modo quem in usum pleraeque traduci possint, quisque dijudicat, sed etiam exempla jam habet, ad quorum similitudinem novae quaedam Latino plane more condantur.

§· II·

AD INSCRIPTIONES HONORARIAS

Si statuam Mediolanenses magno illi Carolo ponere viventi voluissent, et multa paucis de eo in titulo praedicare; haec, ni fallor, quae hic capite secundo et septimo invenias, non minus apte, quam vere subscripsissent:

KAROLO · BORROMEO
CARDINALI
PONTIFICI · MAIORI
MEDIOLANENSES
PVBLICE
PARENTI · PATRIAE

indidem titulum hunc elicere possis imagini subscribendum docti viri, cui Latinae Italaeque litterae plurimum debeant:

IAC · ANTONIO · BASSANO
RESTITVTORI · POLITIORIS · HVMANITATIS
COLLEGIVM
DOCTORVM · PATAVINORVM
QVIBVS · EX · S · C · COIRE · LICET

utriusque autem tituli exempla habes libro primo, inscriptiones scilicet septuagesimam primam et septuagesimam tertiam.

Agri Pomptini opera nuper Pius VI· Pont. Max. quum inviseret, eum gens Vitellia Tarracinae in aedibus suis hospitio accepit. ob eam rem simulacrum optimi Principis domi dedicavit, inscriptionemque petiit, quam subjiceret: hanc vero ad exemplum inscriptionum nonagesimae primae et centesimae quartae libri primi, usus formulis capitum secundi et septimi hujus libri, sic pertexui:

PIO · VI · PONT · MAX ·
PROPAGATORI · AGRORVM · LOCVPLETATORI · CIVIVM
OPTIMO · PRINCIPI
AD · MEMORIAM · OPTATISSIMI · ADVENTVS
ANNO · M · DCC · LXXX ·
QVVM · HISCE · IN · AEDIBVS · APRILI · MENSE
DIES · QVATVORDECIM · HOSPITATVS · EST
DOMVS · VITELLIORVM
NOBILITATA · ET · AVCTA
OMNI · INDVLGENTIA · ET · LIBERALITATE
EIVS

Iam vir aliquis primarius ornandus sit, quod in summa caritate annonae frumentum grandi pecunia comparaverit, plebis alendae caussa, idemque, ob aerarii inopiam, reipublicae ultro impensam remiserit. primum exemplo esse poterunt libri primi inscriptiones nonagesima tertia et centesima secunda; tum e libri hujus capite II· et VII· et e parte quarta capitis octavi, item sexta ejusdem haec tibi disjectae inscriptionis membra coalescent:

FABIO · TITI · F · AVRELIANO
VIRO · CLARISSIMO
OMNIBVS · HONORIBVS
NITIDE · FVNCTO
CVRATORI · MAXIMI · EXEMPLI
QVOD · AERARIO · REI · PVB ·
OB · ANNONAE · CARITATEM · EXHAVSTO
IPSE · FRVMENTI · AERE · SVO · COMPARANDI
CVRA · SVSCEPTA
AMPLIVS · TRES · MENSES
PIENTISSIMO · MVNIFICENTIAE · STVDIO
PLEBEM · ALVERIT
MVNICIPIVMQVE · VNIVERSVM
EX · SVMMIS · DIFFICVLTATIBVS
EXPEDIERIT
ORDO · ET · POPVLVS
PATRONO

Si praedonibus mare infestum habentibus bellum Praefectus classis intulerit, eorumque ducem occiderit, naves aliquot submerserit, quasdam abduxerit; ob eamque rem viro huic forti statuam civitas decreverit et inscriptionem: hanc tu facile adornabis, capite II· et VII· perlectis, tum formulis e capitis octavi parte sexta et septima, item ex undecimo desumptis: exemplo autem erunt libri primi inscriptiones nonagesima et nonagesima secunda:

CLAVDIO · MARCI · F · BALBO
PRAEFECTO
CLASSIS · ET · ORAE · MARITIMAE
ADSERTORI
PVBLICAE · SECVRITATIS
CIVITATES · PICENI
QVOD · EIVS . VIRTVTE · AC · VIGILANTIA
NICO · ARCHIPIRATA · INTERFECTVS
ET · SEPTEM · PRAEDONVM · NAVES
DEPRESSAE · AVT · CAPTAE · SINT

DEDIC · IDIB · OCT ·
ANNO · M · DCC · LXXV ·

Iam et primariam feminam statuae decus promeritam, quod municipes suos testamento honoraverit, titulo, si libet, ornemus: cui erit exemplo libri primi inscriptio centesima undevicesima: formulas vero capitis secundi pars altera et octavi quarta suppeditabunt:

LVCILLAE · FAVSTI · F · VERIANAE · C · F ·
VXORI
PAVLLI · GENTIANI · II · VIRI · EQVITIS · TORQVATI
QVAE · REI · PVBLICAE
IN · ALIMENTA · PVERORVM · ET · PVELLARVM
PLEBIS · VRBANAE
SCVTAT · ↀↀ ↀↀ ↀↀ D · N · TESTAM ·
LEGAVIT
TREBVLANI · MVTVSCAEI
MATRI · PATRIAE
D · D ·

Imaginem praesidi suae si posuerint Virgines Augustinianae, quod magna cum laude diu collegio praefuerit; inscriptionem condes hujusmodi, exempluni sequutus centesimae tertiae libri primi, formulisque e libri hujus capite secundo octavoque et undecimo decerptis:

FLAVIAE · BALBINAE
VIRGINI · MAXIMAE
AVGVSTINIANAE
HONORE · PRAEFECTVRAE · ANNOS · X ·
SANCTE · ADMINISTRATO
COLLEGIVM · SORORVM
POST · MORTEM
MAGISTRAE · VIRTVTVM · OMNIVM
PERMISSV · PONTIFICIS

sic alias atque alias id genus inscriptiones, quae ad veterum exempla accedant, facile conficies, formulis hinc tamquam e penu depromptis; id unum si caveas, ne corum more, qui titulos non marmori aut aeri, sed linteis chartisve inscribendos temere condunt, parum de mensura inscriptionis et concinnitate labores.

§· IIII·

AD EPITAPHIA

Sepulcralium quoque titulorum exemplis formularum nostrarum utilitas commendetur. vir pius, modestus et in potestate nemini municipum suorum gravis epitaphio decorandus sit, cui monumentum fratris filii fecerint: exemplum quidem, quod libeat, quia varia sunt, imitandum sumito; formulas dabit caput IIII· et VII· et octavi pars quinta: notas et clausulas caput decimum et undecimum.

CINERIBVS · ET · MEMORIAE
M · CLAVDI · ADIABENI
VIRI · CLARISSIMI
PRAEFECTI · IVRI · DICVNDO
CVRATORIS · OPERVM · PVBLICORVM
CVRATORIS · ANNONAE · PLEBIS
III · VIRI · VALETVDINIS
HOMINIS · OPTIMI · ET · SINGVLARIS · EXEMPLI
QVEM · OMNES · CIVES · SVI · QVAERVNT
MARIVS · ET · TIBVRTIVS · FRATRIS · FILI
FAC · CVR ·
PATRVO · SANCTISSIMO
QVI · VIX · ANN · LXXX ·
INTEGER · INTEGROS
DECESSIT · K · OCTOBR · AN · MDCCLXXVIIII·
AVE · SENEX · PIENTISSIME · ET · VALE

Patrem centurionem, deinde equitem a Principe factum titulo prosequi pius filius si volet, justae inscriptionis membra indidem et ex parte sexta capitis octavi habebit:

O S S A
PAVL · SILVERI · PAVL · F · GABINI
DOMO · ATTIGIO
Ɔ · COH · VRB · RVSSATOR ·
A · PIO · VI · PONT · MAX ·
EX · MILITIA
IN · EQVESTREM · DIGNITATEM · TRANSLATI
QVI · VIX · ANN · LX · MENS · IIII·
MARTINIANVS · FIL ·
PATRI · DVLCISSIMO · B · M ·
ET · SIBI · F · C ·
HOC · MONVMENTVM · HEREDEM
NON · SEQVATVR

Cenotaphium uxor marito ponat peregre mortuo, quocum concordissime vixerit: formulae indidem sumptae hunc efficient titulum:

MEMORIAE
OCTAVI · FELICIANI
NEGOTIATORIS · VINARII
LOCO · PEREGRINO · DEFVNCTI
VIX · ANN · LIIII · M · V ·
DOMITIA · AMERINA
QVAE · CVM · EO · VIXIT · ANN · XX ·
SINE · LITIBVS · ET · IVRGIS
MARITO · INCOMPARABILI
CVM · LACRIMIS · POSVIT

CORPVS · NEGOTIATORVM · VINARIORVM
HVIC · CIPPO · LOCVM · DEDIT

Iam et maritus epitaphium uxoris tumulo inscribat, quo eam a forma, a moribus, a doctrina commendet, eidemque se plurimum debere testetur: ex capitis tertii parte secunda, et octavi parte quinta haec tibi exsistet inscriptio:

HIC · EST · POSITA
VRSILLA · CLAVDI · F ·
BALBINA
ANNOR · XXX ·
FORMA · SINGVLARI
MORIBVS · PIISSIMIS
QVAE · LITTERIS · ET · MVSICIS · ERVDITA
SVAS · INTER · AEQVALES
LONGE · PRAESTITIT
FLAVIVS · PETRONIANVS
MEDICVS · REG · TRANSTIB ·
CONIVGI · PLVS · A · SE · MERITAE
QVAM · TITVLO · SCRIBI · POSSET

Filii etiam, qui matrem composuerint, dolorem et amorem suum titulo indicent: aptas ibidem formulas habes hujusmodi:

QVIETI
VIOLANTILLAE · CLAVDIANAE · C · F ·
VXORIS
SEPTIMII · FESTI · COMITIS · AVG ·
IVLIVS · ET · AVRELIVS · FILII
AD · LVCTVM · ET · LACRIMAS · RELICTI
MATRI · OPTIMAE · ET · INDVLGENTISSIMAE
QVAE · PIA · VIXIT · ANN · LX · M · X ·

Nunc mater, filiis geminis uno die amissis, epitaphium moestissima pro pueris suis sibi fieri velit: formulae ibidem in promptu sunt:

ROLLII · FRATRES · GEMINI
ET · VNO · DIE · MORTVI
FAVSTINVS · ET · CAMILLVS
HIC · SITI · SVNT
QVI · VIXER · ANN · VIIII
M · III · D · XII ·
IVLIA · INFELIX · QVAE · PRIOR · DEDVI
MORI · MATER
FILIIS · PIISSIMIS · BENE · MERENTIBVS
CONTRA · VOTVM · FECI
HAVETE · ANIMAE · INNOCENTISSIMAE

Filiolam item parentes epitaphio ornare cupiant, quam lugent ademptam, quum septennis esset et sibi carissima. singula tituli membra facile ibidem invenies: clausulam dabit liber secundus partitionis primae capite tertio;

VIGILIVS · ANT · F · LOLLIANVS
CVM · ARTEMISIA · CONIVGE
FECIT · LVCILLAE
FILIAE · DVLCISSIMAE
DELICIO
QVAE · VIX · ANN · VI · VII ·
AGENS · ABREPTA · EST
RELICTIS
PARENTIBVS · SVIS · INFELICISSIMIS
LVCILLA · TE · IN · PACE

Communi etiam sepulcro titulum inscribamus suum: cui formulas dabunt capitis tertii pars ultima, et octavi quinta articulo quarto.

V · F ·
STEPH · MAVRITIVS · BALDIANVS
PROTECTOR · SACRI · LATERIS
D · N · PII · VI · PONT · MAX ·
SIBI · ET · MARCO · FRATRI
ET · LIBERIS · SVIS
ITEM · NEPOTIBVS · ET · PRONEPOTIBVS
ET · QVOS
TESTAMENTO · HONORAVERIT
LATVM · QVAQVAVERSVS
PED · XXX ·

hoc quidem familiaris sepulcri epitaphium dixeris. si autem de collegii alicujus communi sepulcro agatur, hoc alterum sumptis indidem formulis excudetur:

LOCVS · SEPVLTVRAE
SODALIVM · MARIALIVM
A · COLVMNA · TRAIANI
ET · FAMILIAE · EORVM
QVA · MACERIA · CLVSVS · EST
CVM · AEDE · ET · ALTARI
IN · QVO · SACRVM
AD · LABES · PIORVM · MANIVM
ABOLENDAS
QVOTIDIE · FIT

§· IIII·

AD INSCRIPTIONES HISTORICAS

Fastis primum perscribendis formulae tibi praesto erunt libri hujus capite quarto parte prima, et capite octavo parte octava. itaque urbis fastos, exempli caussa, condere si velis, exorsus a Petri Apostoli adventu, qui alter Romae Natalis merito habetur; indidem huic quoque idoneas argumento formulas sumere aliquot possis: cetera libri primi utrumque exemplum imitabere.

COLLEGIVM · CANONICORVM · VATICANORVM · EX · CONSENSV · ORDINVM
FASTOS · VRBIS · CHRISTIANOS · DESCRIBENDOS · PVBLICANDOSQVE · CVRAVIT

ANNO · CHRISTIANO · XXXXII ·
P · V · C · DCCLXXXXV ·

CLAVDIO · AVG · ITER · CoS ·
C · CAECINA · LARGO
ADVENTVS · PETRI · APOST ·
XV · KAL · FEBR · INITIVM
SVMMI · IN · VRBE · SACERDOTII
PETRVS · AEDEM · IN · EXQVILIIS
PRIMAM · DEDICAVIT · MARCVS
EVANGELIVM · SCRIPSIT · IDEM XXXXIX·
IN · ORIENTEM · LEGATVS · EST
PAVLLVS · APOST · EX · IVDAEA
VINCTVS · AD · NERONEM · AVG · MISSVS LXI·
SIMO · SAMARITES · MAGVS · AEREM
VOLATV · TENTANS · PETRI · ET · PAVLLI
OBSECRATIONE · PRAECEPS · DECIDIT
PETRVS · ET · PAVLLVS · APOSTOLI
MARTYRIVM · FECERVNT LXVI·
LINVS · IN · PETRI · LOCVM · PONTIFEX
MAXIMVS · FACTVS · EST

MVLTI · HOC · ANNO · OB · CHRISTIANAM
PROFESSIONEM · OCCISI

POST · LINI · MORTEM · INTERREGNVM
DIERVM · XVII · CLEMENS · IN
EIVS · LOCVM · FACTVS · EST LXVII·
CHRISTIANI · PER · EOS · DIES · A
DOMITIANO · AVG · VEXATI · CAESI
CLEMENS · EPISTOLAM · AD
CORINTHIOS · SCRIPSIT · SEDITIONIS
SEDANDAE · CAVSSA
IDEM · SE · PONTIFICATV · ABDICAVIT
IN · EIVS · LOCVM · FACTVS · EST LXXVI·
CLETVS (1)
HIC · ANNO · VIII · PONTIFICATVS
SVI · MARTYRIVM · FECIT LXXXIII·
INTERREGNVM · DIERVM · XII · IN
EIVS · LOCVM · FACTVS · EST · ANACLETVS
QVI · ALTERO · POST · ANNO · MARTYRIVM
FECIT · INTERREGNVM · DIES · XII ·
IN · EIVS · LOCVM · FACTVS · EST · EVARISTVS LXXXV·

reliquos jam annos, qui velit, scite pertexat, et quae praeclarissima sunt, loco inserat.

Enimvero inscriptiones memoriae caussa, quas historicas appellavimus, permultas nunc quoque operum publicorum auctoribus prodendis in marmore incidimus, quae Latinae maxime et omnium elegantissimae esse possunt. ut autem libro primo inscriptiones habes, quibus pro exemplis utaris, aptissimas; sic libri hujus capite quarto et octavi parte tertia formulae omnis generis paratae sunt, quibus nova opera priscis verbis designes. finge, quod plerique optant, viam extra urbem, qua propter Tiberim itur, aequatam modo et marginatam esse: inde tibi in hanc rem formula hujusmodi traduci poterit, et hic inscribi titulus in lapide aliquo aut insigni cippo:

EX · AVCTORITATE
D · N · PII · VI · PONT · MAX ·
T · CLAVDIVS · SABINVS
CVRATOR · VIARVM
SEMITAM · TIBERINAM · A · PORTA · FLAMINIA
AD · PONTEM · MILVIVM
VIAM · FECIT
ET · GLAREA · CONSTRATAM
STIPITIBVS · SEPIENDAM · CVRAVIT

Si quis aquam ex agro in oppidum sua pecunia primus derivarit, ejus autem filii fontem eundem feceriut uberiorem; praeclari operis inscriptioni formulas ibidem reperies quamplures, articulo scilicet tertio partis tertiae capitis octavi, unde hae sunt:

(1) v. Conat. Chronol. Papebroch. in Act. Boll.

PAVLLVS · MARCELLI · F · LONGIANVS
EQVES · HISPANIENSIS
VELLERE · AVREO · HONORATVS
PATRONVS · ORDINIS · ET · MVNICIPI
AQVAM · LONGIANAM
A · MILLIARIO · III · EXCISIS · MONTIBVS
SVBSTRVCTISQVE · FORNICIBVS
IN · OPPIDVM · IMPENSA · SVA
PRIMVS · ADDVXIT
MAXIMVS · ET · VALENTINIANVS · FILI
FONTE · NOVO · IN · RIVVM · EIVS · IMMISSO
DVPLICAVERVNT

Curam magistratibus ex decreto ordinis datam putato fori olitorii porticibus tabernisque cingendi: formulas octavo item capite, partis tertiae articulo secundo invenies hujusmodi:

M · VALERIVS · GALLVS
P · LAELIVS · PROSPER II · VIRI
EX · DECRETO · ORDINIS
FORVM · OLITORIVM
PORTICIBVS · TABERNISQVE
CLAVDENDVM · CVRAVERVNT

Iam ad indices locorum publicorum privatorumque exempla item et formulas habes satis multas. sit titulo indicandum, ademptam esse privato homini aedium partem, quam in solo publico aedificasset; aquam item publicam, quae ab eodem in domum suam nullo jure derivata esset: capite octavo parte tertia et nona inscriptionis hujus membra deprehendes:

M · HORTENSIVS . VITALIS
L · FLAVIVS . CRISPVS II · VIRI · QQ ·
AREA · IN · PVBLICVM · RESTITVTA
PARIETES · A · MARCO · CASSIANO
INAEDIFICATOS · DEMOLIRI · IVSSERVNT
CLAVDIVS . LVCCEIVS
AVRELIVS · ROLLIANVS MAGISTRI · FONTANI
AQVAM · PVBLICAM · IN · PRIVATVM
AEDIFICIVM · EIVS · FLVENTEM
CAVSSA · COGNITA
ADEMERVNT

Si quis domum in fundo suo a se aedificatam esse, ac nulli servire, titulo testari velit; haec ille inscribat, formula e parte decimaquarta capitis octavi desumpta:

LVCI · AVRELIANI
AEDES · PRIVATAE
PRIVATO · SOLO

Porro et si quis magnam pecuniae summam, ac fundum etiam sibi ab uxore relictum non sine illius commemoratione patriae suae legaverit, ut aucto eorum reditu puc-

ri plebeii quadraginta certae aetatis alerentur publice, unaque in domo simul omnes instituerentur; quum ipsae inscriptiones libri primi, tum hoc libro pars quarta capitis octavi aliquot tibi formulas his quoque explicandis suppeditabit:

L · ANTONIVS · M · F · BALDVS · V · C ·
IN · MEMORIAM · OCTAVIAE · RESIANAE · SVAE
SCVTAT · X · M · DCCC · N ·
REI · PVBLICAE · FIRMANAE
QVI · AD · SCVTAT · XII · M · N · PERDVCERENTVR
ET · FVNDVM · RESIANVM
TESTAMENTO · LEGAVIT
VT · EX · REDITV · EORVM · IN · PERPETVVM
PVERI · XXXX · E · PLEBE · VRBANA
QVI · NEQVE · MINORES · ANNIS · SEPTEM
NEQVE · MAIORES · ANNIS · DECEM · CAPTI · SINT
IN · ANNOS · OCTO
SINGVLI · ALANTVR · INSTITVANTVR

Indidem etiam ad titulum sumi formulae possunt, si forte fratres duo, collegio aliquo constituto, quod primi sodalium praefecti creati fuerint, donum aliquod in ipsa scholae dedicatione attulerint:

MARIVS · ET
CLAVDIANVS FRATRES · ORATAE
MAGISTRI · SODALIVM · ANTONIANORVM
ANNO · I ·
TABVLAS · DVAS · RAPHAELIS · SANCI · MANVS
DEIQVE · PVERI · ARGVMENTO · NOBILES
OB · HONOREM · MAGISTERI
IN · DEDICATIONE · SCHOLAE
COLLEGIO · DONVM · DEDERVNT

Denique indicandum sit, mancipem viarum coram magistratu pacto pretio recepisse, aream publicam, quae ruderibus caementisque plena esset, se complanaturum; idque opus jam absolutum a magistratu probatum esse: exemplum, quod imitere, erit inscriptio ducentesima octogesima sexta libri primi; formulasque indidem et ex libri hujus capite octavo parte tertia decerpes:

ANNO · M · DCC · LXXVIIII ·
KAL · OCTOBR ·
OCTAVIO · M · F · BLANDO · MANCIPI · VIAR ·
AREAM · RVDERIBVS · COMPLETAM
IN · PLANITIEM · REDIGENDAM · LOCAVIT
DECIVS · QVINTINVS
CVRATOR · OPER · PVBL · IDEMQVE · PROBAVIT

§· V·

AD ELLOGIA

Minus hic formularum ellogiis pertexendis invenies, quum Caelitum sanctorum virtutes perstringendae erunt: sed nonnullas tamen delibare, tum ipsam veterum ellogiorum formam plane reddere liceat, ut hoc in exemplo:

ATHANASIVS · SANCTVS
PATER · ECCLESIAE
PONTIFEX · MAIOR · ALEXANDRIN ·
CONCILIO · NICAEENSI · DIACONVS · INTERFVIT
PERPETVVMQVE · CVM · ARIANA · FACTIONE
BELLVM · SVSCEPIT · IN · PONTIFICATV
OB · CATHOLICAM · PROFESSIONEM · CONVICIIS
IMPROBORVM · APPETITVS · ET · IN · CAPITIS
DISCRIMEN · VOCATVS · INSIDIIS · ETIAM · AD
CAEDEM · PARATIS · SAEPE · LATITARE · COACTVS
ORBEM · TERRARVM · EXSVL · PERAGRAVIT
EXEMPLVM · VBIQ · INNOCENTIAE · ATQVE · CONSTANTIAE
MAXIMAS · INTER · CVRAS · ALEXANDRINIS · SVIS
SANCTISSIME · PRAEFVIT · ANNOS · SEX · ET · QVADRAGINTA
MAGNVS · DIVINARVM · LITTERARVM · INTERPRES
EGREGIVSQVE · VETERIS · DOCTRINAE · ATQVE · IVRIS
PROPVGNATOR · HABITVS · EST
HVIC · ECCLESIA · VNIVERSA
IN · SACROSANCTIS · CONCILIIS
SVMMAE · INTEGRITATIS · VERAEQVE · SENTENTIAE
TESTIMONIVM · TRIBVIT

At si quando Imperator laudandus et res gestae attingendae erunt, exempla libri primi et capitis octavi pars septima plures tibi formulas exhibebunt; e quibus sane Caroli V. Aug. ellogium, quod hic subjiciam, magnam partem constat:

IMP · CAES · KAROLVS · V · AVG ·
ANNOS · VNDEVIGINTI · NATVS · QVVM · IN · VTRAQVE
HISPANIA · ANNVM · TERTIVM · REGNARET
IMPERIVM · POPVLI · ROMANI · ACCEPIT
VOLVNTATE · FRIDERICI · SAPIENTIS · IMP · DESIGNATI
QVI · EVM · HONOREM · VLTRO · SE · MERENTI
DARE · ET · OPTIMO · CEDERE · PROFESSVS · EST
DVX · AETATIS · SVAE · FORTISSIMVS · REGEM
OPVLENTISSIMVM · ORBIS · TERRARVM · DEVICIT
TVRCARVM · EXERCITVS · FVDIT · AHENOBARBVMQVE
ARCHIPIRATAM · VICTORIIS · FEROCEM · COERCVIT
MVLEASSEM · IN · REGNVM · TVNETANVM · REDVCTVM
VECTIGALEM · FECIT · MELITAM · INSVLAM
EQVITIBVS · HIEROSOLYMARIIS · CONDONAVIT
BELLA · PRO · RELIGIONE · PATRIA · ADVERSVS
PERDVELLES · MVLTA · CONFECIT · PROVINCIIS · OMNIBVS
PACATIS · IMPERIVM · POST · ANNVM · XXXVIII ·
VOLENS · LIBENSQVE · DEPOSVIT

Nec vero in privatorum virorum aut feminarum ellogiis diu haerebis. fac poëtae ellogium petatur, cui Arcadici sodales imaginem mortuo decreverint: formulas suppeditabit capitis octavi pars septima:

HORTENSIVS · PAVLLI · F · QVINTIANVS
D · ARRETIO
SODALIS · ARCADICVS
INTER · POETAS · LATINOS · CLARITATE
INGENII · ET · MAGNILOQVENTIA · SVI
TEMPORIS · PRIMVS · IN · CAPITOLINO
CERTAMINE · QVVM · ESSET · ANNORVM · XX ·
OMNIBVS · SENTENTIIS · IVDICVM · CORONAM · TVLIT

Finge etiam illustris feminae simulacro subscribendum ellogium, quo a filii ejus liberalitate erga patriam commendetur: idoneas huic rei formulas capite quinto, et octavi parte tertia et quarta reperies:

OCTAVIA · MARCI · FESTI · F ·
RVFINA · C · F ·
MATER · TERENTII · RVFINI
II · VIRI · VALETVD ·
QVI · IN · MEMORIAM · EIVS
SALIENTES · ET · LACVS
IN · FORO · SVA · IMPENSA · FECIT

§· VI·

AD CONSTITVTIONES PVBLICAS

Restat, ut hoc quoque experiamur, quatenus formulae hae nostrae publicis constitutionibus exponendis aptae sint. si lex figenda fuerit, qua ordinis populique consensu Bacchanalia funditus e republica tollantur, laetitiaeque publicae ac voluptatum omnium modus finiatur; formularum abunde erit capite octavo parte duodecima et decima tertia: exemplum vero sequemur id, quod libro primo propositum est.

M · CLAVDIVS · M · F · BASSVS · II · VIR · PATRIBVS · AVCTORIBVS · POPVLVM · IVRE ROGAVIT · POPVLVSQVE · IVRE · SCIVIT · IN · FORO · PRO · AEDIBVS · PVBLICIS A · D · III · KAL · NOVEMBR · ANNO · M · DCC · LXXVIIII ·

QVAE · BACCHANALIA · HACTENVS · STATIS · DIEBVS · ANTE · IEIVNIVM · SOLLEMNE QVOTANNIS · CELEBRATA · SVNT · QVAEQVE · PER · EOS · DIES · CONVIVIA · PVBLICA VENATIONES · POMPAE · LVDIQVE · SCENICI · FVERVNT · EORVM · NE · QVID · POSTEA IISDEM · DIEBVS · IN · VRBE · VSPIAM · AVT · IN · AGRO · FIAT · MAGISTRATVSQVE QVIVE · AMERIAE · IVRE · DICVNDO · PRAEERVNT · NE · QVA · VISCERATIO · DETVR NEVE · QVI · LVDI · IN · THEATRO · AVT · IN · FORO · IIS · DIEBVS · FIANT SPECTENTVRVE · CVRANTO

QVICVMQVE · POST · HANC · LEGEM · ROGATAM · INTERDIV · NOCTVVE · PER · VRBEM PERSONATVS · QVEM · DEDVXERIT · COMITATVSVE · FVERIT · IS · SCVTAT · C · N · IN · PVBLICVM · DARE · DAMNAS · ESTO

SVPPLICATIONES · AD · CAELITVM · SANCTORVM · TEMPLA · PER · EOS · DIES · QVOTANNIS SVNTO · EIVSQVE · REI · CAVSSA · AEDITVI · TEMPLA · OMNIA · APERTA · FESTOQVE CVLTV · ORNATA · HABENTO

CONVICTIBVS · CVNCTI · SESE · ABSTINEANT · NEVE · MVTITATIONES · CENARVM · FIANT VIRGINES · MATRONASVE · NE · QVIS · CHOREARVM · DVCENDARVM · CAVSSA DOMVM · SVAM · INVITET · RECIPIATVE · NEVE · EIVS · REI · ERGO · FIDICINES TIBICINESVE · AVT · SCENICOS · QVOSQVE · ARTIFICES · APVD · SE · HABEAT

SI · QVIS · CIRCVLATOR · PLEBEM · PER · EOS · DIES · IN · FORO · AVT · PER · VICOS CANTV · SALTATIONIBVS · PRAESTIGIIS · ALIISVE · LVDICRIS · CONCIERIT TENVERITVE · DVVMVIRIS · EO · NOMINE · COERCENDI · MVLTAEVE · DICENDAE IVS · POTESTASQVE · ESTO

EQVIRIA · IN · VRBE · AVT · SVB · VRBEM · NE · SINT · QVAE · POSTHAC · MENSE · MAIO QVO · DIE · MAGISTRATVS · EDIXERINT · CELEBRANTOR

QVOMINVS · PER · EOS · DIES · EXPERIMENTA · DOCTRINARVM · IN · LVDIS · POETARVMQVE CONVENTVS · HABEANTVR · DVM · NEQVE · MAGISTRI · ADSINT · NEQVE · QVID PRAEFECTIS · INVITIS · FIAT · HAC · LEGE · NIHILVM · ROGATOR

Enimvero si quid ediceudum fuerit, exempli caussa ut ob nefarium scelus ab impiis hominibus patratum obsecrationes a populo fiant, utque sacerdotes certo die ad supplicandum conveniant; exemplo esse poterit libri primi inscriptio trecentesima quinta; formulas vero tibi leges ex capitis octavi parte decima et duodecima:

B · F ·
FABIVS · TERTVLLVS
CORNELIVS · BASSVS PRAEFECTI · SACROR ·
RENVNCIATVM · EST · NOBIS · FVISSE · HOMINES · TANTA · AVDACIA · ATQVE · IMPROBITATE
VT · AEDEM · MARIAE · ADIVTRICIS · VIA · SALVIA · AD · MILLIAR · III · COMPILARE
AGGRESSI · AEDITVO · CAESO · ALTARE · IPSVM · SIMVLACRVMQVE · SANCTAE
VIRGINIS · ORNAMENTO · OMNI · SPOLIAVERINT · HOC · TANTVM · SCELVS · ANTEQVAM
SVPREMO · SVPPLICIO · SANCIATVR · DIVINAE · ANIMADVERSIONIS · AVERRVNCANDAE
CAVSSA · PVBLICE · EXPIANDVM · ESSE · NOBIS · VIDETVR · QVAPROPTER · EX
AVCTORITATE · CLAVDII · AVIDIENI · PONTIFICIS · TOTIVSQVE · CONSILII
EIVS · EDICIMVS · VT · NVMINIS · PLACANDI · CAVSSA · OBSECRATIONES · AB
OMNIBVS · PRIVATIM · FIANT · INQVE · TEMPLIS · AEDITVI · STIPEM · COGANT
VTIQVE · SACERDOTES · CVNCTI · A · D · III · KAL · NOVEMBR · PROXIMAS · PRIMA
LVCE · IN · TEMPLVM · MAXIMVM · AD · SVPPLICATIONEM · CONVENIANT · ATQVE
INDE · PIACVLI · CAVSSA · POMPA · AD · AEDEM · MARIANAM · CVM · DONIS
MVNERIBVSQVE DVCATVR

Finge decreto ordinis creatos alicubi binos curatores viarum: itaque decretum esse perscribendum, quo eorum potestas finiatur. exemplo tibi esse potest inscriptio trecentesima octava: ac formulas indidem aliquot, alias ex capitis octavi parte undecima tollere liceat:

ANNO · M · DCC · LXXVIIII ·
LVCA · APRONIANO
MARCO · FABRO II · VIR ·
KAL · DECEMBR ·
AVXIMI · IN · CVRIA · SCR · ADF ·
SEPTIMIVS · BALDVS
QVINTILIVS · MVCIANVS
HORATIVS · PERSA
AVRELIVS · PLANTINVS
QVOD · M · AEMILIVS · FAVSTVS · V · F · DE · IIS · QVI · CVRATORES · VIARVM · EX
CONSENSV · ORDINIS · A · LVCA · APRONIANO · II · VIRO · NOMINATI · SVNT
ORDINANDIS · D · E · R · I · C · PLACERE · HVIC · ORDINI · EOS · QVI · VIIS
STERNENDIS · REFICIENDIS · CVRATORES · CREATI · ESSENT · QVVM · MAGISTRATVM
INIISSENT · DE · SVMPTIBVS · QVOS · FIERI · OPORTERET · SEPARATIM · COGNOSCERE
INITAQVE · RATIONE · AD · II · VIROS · REFERRE · VTIQVE · II · VIRI · PECVNIA
QVAE · PVBLICA · ESSET · ET · EXIGI · POSSET · AD · EAM · REM
VTERENTVR · MVTVAMQVE · A · QVIBVS · VIDERETVR · SVMERENT · ET · QVAESTOREM
ARCAE · PVBLICAE · AD · EAM · REM · DARE · ADTRIBVERE · SOLVERE · IVBERENT
VTIQVE · CVRATORIBVS · LAPIDVM · CONVEHENDORVM · OPERISQVE · FACIVNDI
CAVSSA · RVSTICOS · EX · AGRIS · SINGVLOS · E · SINGVLIS · FAMILIIS · LEGENDI
COGENDIQVE · IVS · POTESTASQVE · ESSET · IIDEM · ARCHITECTVM · VNVM
SCRIBAM · LIBRARIVM · VNVM · SERVOS · PVBLICOS · QVATERNOS · HABERENT
IISQVE · SINGVLIS · EX · QVO · AD · II · VIROS · DELATI · ESSENT · A · QVAESTORE
MERCEDES · CIBARIA · ANNVA · DARENTVR DEFERRENTVR · QVANTA · CVRATORES
OPERVM · PVBLICORVM · DARE · DEFERREQVE · SOLENT · CENSVERVNT

Iam foedera latine nunc scribi non solere diximus: si quis tamen Romano probet

more perscripta, ut si Britannos victores Philadelphiensibus Americanis pacem petentibus leges imponere velit; pleraeque formularum ex inscriptione trecentesima duodecima libri primi, quaedam ex ea sumi possint, quam attuli libro secundo partitionis primae capite sexto, leges complectentem, quas Romanus senatus Aetolis tulit. ibidem veteri jurisjurandi formula quo nunc modo uti liceat, quo item pacto hospitium contrahi et veterum dictionibus exponi possit, satis indicavi.

Ad rescripta vero quod attinet, initia ab antiquis exemplis petenda, ut habes libri hujus capite sexto parte quarta: haec quum adumbraveris, vix alia ulla formula opus erit: sunt enim vel ab antiquis ceterarum epistolarum more exarata. diplomata quae exstant, uno in argumento versantur, honestae scilicet missionis et civitatis a Principe datae. sed eadem forma scribi alia nunc possunt: cujus rei exempla libro superiore prolata sunt, diplomata nempe, quibus benemeriti viri in amplissimum ordinem cooptantur.

Mensurarum et ponderum publicorum inscriptiones nominibus magistratuum et notis constant, quas libri hujus capite decimo legere possis. quin et exempla quaedam ad veterum normam expressa capite sexto parte quinta invenies.

Si decreta collegiorum nomine scribenda fuerint, ut exemplar ad imitandum habes libro primo, sic formulas ad initia eorum dabit hoc libro pars sexta capitis sexti, tum alias octavi pars undecima; vel etiam, si de alicujus honore agatur, pars septima. exemplum autem hujusmodi liber tibi superior praebet, quo nimirum Magister Collegii Fabrûm creatur. ad cujus formam decretum hic alterum perscribi potest, quo novi honores patrono jam elato decernantur, formulis ex parte quarta et sexta capitis octavi desumptis:

ANNO · M · DCC · LXXVIII ·
NON · DECEMB ·
IN · SCHOLA · SODALIVM · ANTONIANORVM · SCR · ADF · CVNCTI
QVOD · FLAVIVS · MARCIANVS · MAG · V · F · DE · AVGENDIS · HONORIBVS · MARCI AEMILIANI · CARDINALIS · PATRONI · COLLEGI · N · Q · D · E · R · F · P · D · E · R · I · C ·
QVVM · MARCVS · AEMILIANVS · CARDINALIS · PATRONVS · COLLEGI · N · EA · DVM VIXIT · VOLVNTATE · ERGA · SINGVLOS · VNIVERSOSQVE · SEMPER · FVERIT · VT COLLEGI · PATRONATV · SVSCEPTO · NEMINI · CONSILIVM · SVVM · AVT · OPES DEESSE · PASSVS · SIT · SVMPTVS · ETIAM · QVOS · IN · CVLTVM · PATRONORVM FACERE · SOLITI · ERAMVS · PRIMVS · SVSTVLERIT · ET · ORDINEM · N · MORIENS TESTAMENTO · HONORAVERIT · QVVMQVE · PRO · MAGNITVDINE · TANTAE CALAMITATIS · NVLLVM · ALIVD · FLAGRANTISSIMO · OMNIVM · DESIDERIO MOERORIQVE · SOLATIVM · RELIQVVM · SIT · QVAM · VT · AD · PRAECLARISSIMI VIRI · LAVDEM · AC · FAMAM · HONORES · EI · QVOS · VIVVS · RECVSAVIT · MORTVO DEFERAMVS · PLACERE · VNIVERSIS · CLYPEVM · EI · AEREVM · INAVRATVM · IN SCHOLA · N · PONI · CVM · INSCRIPTIONE · QVAE · NOMEN · EIVS · HONORESQVE COMPLECTATVR · LAVDATIONEMQVE · ANNIVERSARIAM · DECERNI · ET · LOCVM QVO · IPSE · FRATRESQVE · EIVS · INFERANTVR · IN · TEMPLO · DARI · CENSVERVNT

Actis denique collegiorum scribendis quaedam tibi formulae hoc libro paratae sunt capitis octavi parte nona: alias caput sextum parte ultima exhibebit. quo item loco acta quaedam ex veterum praescripto sic inchoata leges, ut alia ejusmodi facile possis pertexere, nec aliud hic exemplum quaerendum sit.

CAPVT XIII.

De usu exemplorum omnium et formularum ad quatuor consectaria inscriptionum mixti generis.

Quamquam et exemplorum, quae primo alteroque libro protulimus, pars multo maxima, et formularum, quas in hunc librum hactenus congessimus, pleraeque omnes ad sena inscriptionum genera pertinent, quorum uno aliquo inscriptio quaelibet proprie continetur; ea tamen est inscriptionum mixti generis ratio, ut harum etiam insignia quaedam et ornamenta ex eadem supellectile atque penu peti possint. nam et oratorum quum aliud sit scribendi genus, quam illud, quod poëtae sequuntur; multa nihilominus in Tullii orationibus reperias, quae a poëtis in rem suam rectissime deriventur. neque vero id secus hoc loco esse potest, quum minus fortasse inscriptionum haec inter se genera differant: quippe singulae earum, quas in consectariis recensuimus, ad senorum generum aliquod verissime referuntur. itaque ne iis quidem, qui temporarias inscriptiones confieere debeant, nec qui nummis minutisve opusculis titulos parent, nec qui poëtica denique epigrammata ordiantur, parum a nobis adjumenti oblatum putamus, proposita tot formularum congerie, quam hoc libro comprehendimus. sed harum usus ita est demonstrandus, ut singulis generibus, quae maxime convenire possint, partione facta declaremus.

§. 1.

AD INSCRIPTIONES TEMPORARIAS

Si quis in temporariis etiam monumentis communes incriptiones sequi malit, quod jam aliis placuisse ostendimus, is ea relegat, quae capite superiore indicavimus: satis enim exemplorum inveniet, unde in hunc quoque usum veterum formularum delectum, ordinem, juncturam ediscat. sed si floridius scribendi genus amet, atque animo ingenioque suo paullo liberius indulgere velit; quum illum exempla juvare ea possunt, quae libri primi partitione secunda protulimus, tum ea etiam liceat imitari, quae libri ejusdem partitione prima tamquam singularis dictionis separatim proposuimus: in quibus sane multa sunt, quae temporariis inscriptionibus aptissima videantur.

Iamvero formulae e communibus decerptae exemplis ita in usum hunc transferri possunt, ut personarum figuris et verborum temporibus mutatis cetera plerumque retineamus. nam si, exempli caussa, oborto inter finitimos bello, supplicatio indicta sit, ob quam tabella prostare debeat cum precatione, qua scilicet Civitas a Sancta Virgine petat, ut periculum propulset: facile omnino, formulis e capitis octavi parte prima et secunda decerptis, obsecrationem concipies hujusmodi:

VIRGO · SANCTA · REGINA · CAELESTIS
DEI · MATER
OPIFERA · SOSPITATRIX
SI · SACRA · RITE · RENOVAVIMVS
VOTISQVE · PVBLICE · SVSCEPTIS
PIE · OPEM · IMPLORAMVS
AST · TV · VOLENS · PROPITIAQVE
EXITIVM · AB · VRBIS · TECTIS
TEMPLISQVE · AC · ROMANIS · MOENIBVS
ARCETO
REQVE · PVBLICA · SERVATA
TERROREM · IN · HOSTES · HVNC
AVERTITO

Item si votum in tabula inscribendum fuerit, quo lue saeviente cives se obstringant, si sancti martyris Laurentii opem senserint, se aedem ejus restituturos: formulis indidem sumptis haec tibi exsistet inscriptio:

QVOD · HODIE · VOVIMVS
LAVRENTI · SANCTE · MARTYRVM · FORTISSIME
NATVRAEQVE · POTENS
VT · LVE · DEPVLSA · AEGRAM · CIVITATEM
SOSPITATOR · LIBERES
TRISTISSIMO · PERICVLO
AT · TV · EA · ITA · FAXSIS
TVNC · TIBI · IN · EADEM · VERBA · CIVITATIS
NOMINE
QVAE · NVNC · AEDES · IMMERITO · SQVALET
A · SOLO · RESTITVTAM
MARMOREAM · VOVEMVS
ESSE · FVTVRAM

Iam quae inscriptiones ad festos apparatus ac pompas aptandae sint, his quoque formulas caput octavum nonnullas suppeditat. nam si templo magnifice ornato, quod antiqui civis memoriae honores caelestes Romae decreti sint, titulos, ut fit, fornicibus suspendi oporteat, quibus virtutes sancti viri prodantur; his quoque designandis idoneas quasdam formulas parte septima ejus capitis invenies, unde hae sunt:

CIVI · SANCTO
CONTEMPTORI · DIVITIARVM
OPES · CAELO · MELIVS · PARTAS · GRATVLATVR
CONSENTIENTIBVS · ORDINIBVS
PATRONO · CIVITAS · CAELESTI · GAVDENS

✕

EN · SIDERIBVS · RECEPTVS
AETERNO · FRVITVR · AEVO
ILLE · RIGIDAE · INNOCENTIAE
ILLE · IMMOBILIS · PIETATIS
MAGNVS · ANIMVS
QVEM · INVICTVM · A · LABORE
INVICTVMQVE · A · VOLVPTATIBVS
EGREGIA · VIRTVS · PRAESTITIT

eodem modo si ducis reditus celebrandus sit, et res gestae laudibus ornandae; ex eodem capite, partis scilicet septimae articulo altero, formulas legere possis non paucas, iisque sic uti, ut comptius ac numerosius fundatur oratio.

Nec vero funerum publicorum titulis formulae deerunt. finge ornandum funus praeclari senatoris, qui in legatione obierit; indidem inscriptiones elicias hujusmodi:

SENATORI · MAXIMO
OMNIBVSQVE · HONORIBVS
SANCTE · ATQVE · INDVSTRIE
PERFVNCTO
MOESTI · PARENTANT · CIVES
AEVO · QVI · FLORENTE
VNVS · DIFFICILLIMIS · TEMPORIBVS
ET · SALVTEM · REI · PVBLICAE
ET · DIGNITATEM · PATRIAE
VITAE · PRAEPOSVIT · SVAE

⁂

AVCTORI
PARTIVM · OPTIMARVM
SAPIENTI · QVI · CONSILIO · SENATVM
POPVLVMQVE · GRATIA · IVVIT
CVIVS · ET · PRIVATI · VIRTVS
ET · IN · MAGISTRATIBVS
MAGNO · FVIT · VSVI · REI · PVBLICAE
MAIORA · IAM · MERENTI
IVSTA · PERSOLVIT · PATRIA
PRO · QVA · NON · METVIT · MORI

⁂

DEPVLSORI
DOMINATVS · VINDICIQVE
LIBERTATIS
QVI · PATRIAE · SVSCEPTA · LEGATIONE
AVITOS · VNVS · QVOS · AEQVAVERAT · HONORES
IMMORTALI · AVXIT · GLORIA
CVNCTI · IN · FVNVS · PRODEANT · ORDINES
ODIA · OCCVMBENS · DVM · EXPLEVIT · IMPROBORVM
MVLTA · ILLE · REI · PVBLICAE
PROROGAVIT · SAECVLA

§. II.

AD INSCRIPTIONES NVMMARIAS

Magna plane titulorum varietas est, qui nummis convenire possint. quidquid enim memoria aut laude dignum sit, in nummis recte consignatur. vix tamen hoc libro formulae desiderari ullae possunt, quibus cujusque generis titulos nummis idoneos conficias. ac primum quum aliae sint frontium adversarum inscriptiones, aliae aversarum; illae quidem capite secundo et quarto quintoque hujus libri in promptu sunt, ipsa scilicet initia, quae vel in honorariis inscriptionibus vel in historicis aut etiam in ellogiis usurpantur. neque enim aliud fere nummi adversis in frontibus referunt, quam Principum nomina et sollemnes eorumdem appellationes: de quibus nulla jam quaestio esse potest, quum de his satis accurate libro secundo actum sit.

At qui tituli aversis in frontibus legendi erunt, his conficiendis formulas tibi maxime sufficiet caput primum; siquidem sacras effigies titulo ornare opus fuerit: sin opera publica, liberalitates, res domi aut belli gestas indicare debueris, e capite octavo petendae erunt, quas invenies plurimas parte prima et altera, tertiaque et quarta, item sexta atque septima. id unum animadvertendum est, formulas ibi esse pleniores, quam opus sit, a quibus multa saepe demenda, non modo quia nummi ambitu concludi non possunt, sed etiam quia effigies ipsae plura saepe effantur, quam quae vel longa possint inscriptione comprehendi. itaque tuum esto nosse, quatenus formulis quibusque uti oporteat: quod tamen exemplis etiam demonstrari potest. nam si templum verbi caussa in nummo caelatum sit, quod is nempe exstruxerit, cujus imago in adversa emineat fronte; nil aliud inscribendum erit, quam ejus nomen, cui dicatum sit; vel si hoc effigies indicat, caussa tantum dedicationis. hae igitur aut similes convenient inscriptiones:

DEO · FILIO · CONSERVATORI

VIRGINI · DEI · PARENTI

MARIAE · SOSPITAE

CVSTODI · DEI · PVERI

DEFENSORI · VRBIS

VOTVM · GALLICO · BELLO

OB · CIVES · SERVATOS

OB · AVGVSTAE · PVERPERIVM

DE · MANVBIIS

DEBELLATIS · INTER · BORYSTHENEM
ISTRVMQVE · NATIONIBVS
⁂
EX · STIPE · QVAM · POPVLVS
IN · BELLVM · CONTVLIT

Quod si viae in nummis aut aquarum ductus, vel fora, theatra, porticus aliaque hujusmodi opera publica efficta sint: haec si nova sunt, ac primum dedicata, veterum formularum minime indigus, duobus tantum vocabulis in hunc fere modum indicaveris:

VIA · VELITERNA
⁂
AQVA · PIA
⁂
EMPORIVM · POMPTINVM
⁂
PORTVS · ANCONITANVS

at si opera restituta vel amplificata fuerint, aut si nomen operi proprium nullum sit, pluribus fere vocibus utendum erit, quas facile e capitis octavi parte tertia leges, hoc pacto:

PONTE · SVBLICIO · RESTITVTO
⁂
FOSSA · A · TRIPONTIO · AD · MARE · DEPRESSA
⁂
PORTV · TARRACINENSIVM · APERTO
⁂
RIVIS · AQVARVM · REFECTIS
⁂
CLIVO · VATICANO · IN · PLANITIEM · REDACTO
⁂
VIAE · VRBIS · SAXO · QVADRATO · STRATAE
⁂
OFFICINAE · LANARIAE · INSTITVTAE
⁂
FORVM · OLITORIVM · TABERNIS · CLAVSVM
⁂
BIBLIOTHECA · CAESENAE · DEDICATA

Iam et beneficiis Principum rebusque gestis enunciandis formulae indidem eligi possunt hujusmodi:

FERRARIA · CONSERVATA · ET · AVCTA
⁂
PICENTES · GRAVI · FENORE · LIBERATI

MARINIENSIBVS · IN · FIDEM · RECEPTIS

⁂

CIVITATIBVS · VMBRIAE · RESTITVTIS

⁂

PATRICIORVM · NVMERVS · AVCTVS

⁂

EQVITES · OB · VIRTVTEM · DONIS · MILITARIBVS · DONATI

⁂

VETERANIS · HONESTA · MISSIONE · DONATIS

⁂

IN · ALIMENTA · PLEBIS · VRBANAE

⁂

ANNONA · P · R · ADLEVATA

⁂

AVENIONE · ET · BENEVENTO · RECEPTIS

⁂

MOTV · ORIENTE · TVRCARVM · COMPRESSO

⁂

ORA · MARITIMA · A · PRAEDONIBVS · LIBERATA

hos porro aliosque id genus titulos ne quis jure improbet, illud curae esse debet vel maxime, eae ut effigies in nummis emineant, quibus tituli lucem afferre videantur.

§· III·

AD TITVLOS RERVM PRIVARVM

Quamquam formularum, quas hoc libro digessimus, pleraeque aliis magis argumentis aptae videntur, quam iis, quae titulorum hujusmodi propria esse solent; et his tamen sic quaedam congruunt, ut nihil melius: tum aliis etiam, si nonnulla praecideris, recte sciteque uti possis. ac primum, si tituli sacri sint, et votum dedicationemve significent, ut anulorum quidam et poculorum lucernarumque veterum sunt, ii omnes e capite primo peti possint: quo scilicet loco apposita protulimus, quibus sancti Caelites apte appellari posse viderentur. jam salutationes quasdam atque omina, quae olim in gemmis vel etiam in fictilibus inscripta sunt, capite undecimo invenies, eo nempe articulo, qui epitaphiorum conclusiones exhibet. ex capite autem octavo pro opusculorum, in quibus incidendi erunt, usu atque caussa, hos aliosve titulos desumere aut certe delibare liceat: nam hi, exempli caussa, anulis convenient, quos amicis apophoreta destinaveris:

BALBILLA · DIE · NATALI · SVO

⁂

VOTI · COMPOS · FIAS

et, si victoria in gemma insculpta fuerit, inscribere possis,

OMEN · ACCIPE

quod si anulum ipse aurifex dedicaturus sit, quadrabit hic titulus,

AEMILIVS · DE · ARTE · SVA

Iam in poculis paterisque sententiae illae probentur, quae vitam prudenti consilio moneant, vel quae hilaritatem convivis afferre possint:

FERIIS · IVRGIA · AMOVETO

⁂

EX · PATRIIS · RITIBVS · OPTIMA · COLITO

⁂

PERIVRI · POENA · DIVINA · EXITIVM · HVMANA · DEDECVS

⁂

EX · MOERORE · SOLATIA

⁂

NATALIS · OPTIMI · PRINCIPIS

Tesserarum vero illa propria videri possint,

MENALCAS · CORONATVS · INTER · POETAS · LATINOS
K · DECEMBR · AN · MDCCLXXVIIII ·

⁂

FLAVIVS · MARCELLI · F · QVINTINVS
TORQVE · AVREO · OB · VIRTVTEM · DONATVS
NON · DECEMBR · ANN · MDCCLXXVIIII ·

At in lucernis fictilibus, quas festo tempore ad publicam laetitiam prodendam accendimus, hos inscribi titulos fas sit:

VOTIS · PVBLICIS

⁂

OB · REDITVM · PROVIDENTISSIMI · PRINCIPIS

⁂

QVOD · RES · PVBLICA · SALVA · SERVATA · SIT

⁂

RE · PVBLICA · BENE · GESTA

lychnorum contra, quibus domi utimur, aut qui in templis lucent, tituli sacri et votivi erunt, quos unde sumere liceat, jam monui.

Nec desunt hoc libro sententiae quaedam, quae in armis et instrumento bellico incidi possint: cujusmodi hae sunt,

DVELLA · IVSTA · IVSTE · GERVNTOR

⁂

MILES · SOCIIS · PARCITO

⁂

DVCES · MILITESQVE · DOMVM · CVM · LAVDE · REDEVNTO

Denique in lateribus tegulisque quos inscribas titulos, capite undecimo invenies, quo loco formulas habes tempori labentis anni designando idoneas: quosdam etiam ca-

pite octavo parte octava, ubi fastorum formulas exposuimus. ceterum non ego hoc statuo, hinc omnino formulas sumendas esse, quibus rerum privarum tituli conficiantur. ne veteres quidem, quum talia luderent, severi nimis fuere, nec adeo communis stili et sollemnium formularum tenaces, ut non in his hilaritati aliquid et jocandi studio darent: quod ii facere perraro nunc possent, qui animum induxissent, nullam usurpari formulam oportere, nisi quam hoc libro a nobis probatam esse deprehenderent.

§· III·

AD INSCRIPTIONES POETICAS

Nihil quidem formulae nostrae ad poëtam: alios enim ille numeros, alias dictiones sequitur. sed quia ne veteres quidem epigrammata sua omnia incidi solitaria curabant; sed initiis saepe, interdum et clausulis communibus utebantur: ideirco vel ad inscriptiones poëticas formularum nostrarum usum esse aliquem arbitramur. initia autem epigrammatum inde sumes, ubi propria cujusque inscriptionis exordia exposuimus. epitaphium exempli caussa a Sannazario scriptum, quo parentes filioli sepulcrum honestant, formulis e capite hujus libri tertio et undecimo desumptis, perficere sic liceat:

MAXIMILLVS
ANNORVM · VII ·
H · S · E ·
ASCANIVS · DRVSIANVS
IVLIA · SABELLA
PARENTES · INFELICISSIMI
FECERVNT
FILIO · PIISSIMO · ET · DVLCISSIMO

NATE · PATRIS · MATRISQVE · AMOR · ET · SVPREMA · VOLVPTAS
ACCIPE · QVAE · NOBIS · TE · DARE · PAR · FVERAT
BVSTA · EHEV · TRISTESQVE · NOTAS · DAMVS · INVIDA · QVANDO
MORS · IMMATVRO · FVNERE · TE · RAPVIT
MAXIMILLE · DELICIVM
AVE · ET · VALE
IN · PACE

eodem modo nec formulis parcius delibatis epitaphium ornari potest, quo Basilius Zanchius pueri et matris interitum exposuit:

LYDIO
QVI · ET · OCTAVILLVS
ANIMVLAE · IVCVNDISSIMAE
VIX · ANN · III · DIES · VII ·
ET · VALERIAE · ALBINAE · PARENTI · EIVS
FEMINAE · RARISSIMI · EXEMPLI
VIX · ANN · XXII · M · V · D · XIII ·

LVDERET · IN · VIRIDI · DVM · CESPITE · LYDIVS · INFANS
PROPTER · AQVAM · AH · PIETAS · ICTVS · AB · ANGVE · CADIT
INFELIX · MATER · NATVM · EST · COMPLEXA · IACENTEM
OCCIDIT · ANGVE · PVER · VICTA · DOLORE · PARENS
FABIVS · MARIANVS
FILIO · ET · VXORI · BENE · MERENTIBVS
ET · SIBI · FECIT

H · M · H · N · S ·

Sacris autem inscriptionibus quam praeponas dedicationem, ex capite primo desumes: quae hoc aut simili modo efferenda est:

MARIAE · RESPICIENTI
SACR ·
VOTO · SVSCEPTO
QVAE · MODO · MARMOREIS · AEDES · INNIXA · COLVMNIS
MVSIVO · ET · PVLCRIS · ENITET · A · STATVIS
HANC · MEMORES · DIAE · MERITO · POSVERE · PARENTI
SERVATAE · DIRO · A · FVNERE · ROMVLIDES

Rarius historicarum inscriptionum caussa communes hinc initiorum formulas petere opus erit, siquidem in his etiam veteres imitari libeat: quippe sententiam illi versibus totam concludere soliti sunt. quidni tamen aliquid aliquando praeter carmen inscribi liceat: praesertim si monumenti non una frons sit, aut inscriptionem facile capiat longiorem ut si tropaeum Romae constitutum fingas e spoliis navalibus, postquam Turcae ad Naupactum victi essent; haec sane in basi inscribi poterant:

M · ANTONIVS · COLVMNA
PRAEF · CLASSIS · ROMANAE
ET · NAVARCHI · CENTVRIONES · CLASSIARII
QVI · SVB · EO · MILITAVERVNT
TVRCARVM · COPIIS
NAVALI · PVGNA · AD · NAVPACTVM · DISIECTIS
TROPAEVM
DE · EXVVIIS · NAVTICIS
PATRIAE · MERENTI
STATVERE

ARMA · VIRVM · GALEASQVE · ET · MAGNAE · BARBARA · CLASSIS
SIGNA · VIDEN · FRACTIS · ROSTRAQVE · DE · RATIBVS
ROMVLIDVM · HAEC · PVBES · PRO · RELLIGIONE · PARENTVM
BELLA · GERENS · VICTIS · THRACIBVS · ERIPVIT
NEC · MIRERE · ARMIS · HOSPES · BELLOQVE · POTENTES
ET · FVERVNT · ET · SVNT · NVNC · QVOQVE · ROMVLIDAE

Ellogiis demum ipsis praeponere aliquid aut subscribere si placeat, formulas e capite quinto aut ex undecimo legere poteris. nomen quidem clari cujusque viri, qui celebretur, carmini, si libet, recte praefixeris, adjectis honoribus ejus et appellationibus quae saepe versu indicari vix possunt, clausulae vero ex iis probentur, quae ab exemplis, quae superius protulimus, quamminimum discrepent. haec, verbi caussa, imagini M. Aurelii Antonini Aug. praeter carmen subscribere olim quis poterat (1); quibus similia nunc Caelitum sanctorum ellogiis facile quisque subjiciat:

CANITIEM · LAETOSQVE · OCVLOS · ET · CANA · SEVERI
MENTA · SENIS · NIVEO · IN · MARMORE · CONSPICIENS
QVAERE · TRIVMPHALES · DIVINO · IN · VERTICE · LAVROS
SI · DESVNT · SOPHIES · HIC · PATER · ILLE · PLATO · EST
AT · SI · NON · DESVNT · TIBI · SESE · AVRELIVS · OBFERT
CAESAR · CVI · MAGNVS · CESSERIT · IPSE · PLATO

HVIC · VNI · EX · AVGVSTIS · CONTIGIT
VT · ANTE · FVNVS · CONDITVM
A · SENATV · POPVLOQVE · ROMANO
COMMVNI · STVDIO
PROPITIVS · DEVS · DICERETVR

Si quae vero formulae ex hac nostra tot dictionum congerie commode ad res alias transferri non possunt, eae tamen exemplo esse possunt, ut quae tibi excudendae sint, antiquis respondeant, ipsaque inscriptio ad Latinorum stilum et rationem accedat.

(1) v. Capitol. in M. Aurel. c. 19.

PARTITIO SECVNDA

DE LOCIS AC FONTIBVS INSCRIPTIONVM OMNIVM

Erit fortasse, cui supellex haec nostra formularum veterum non varia et multiplex, non ampla satis et copiosa videatur. neque enim vel tot amissis eruditorum temporum inscriptionibus, vel tot jam subortis novorum titulorum argumentis, ea nunc existere dictionum copia poterat, ut qui omnia sibi parata atque in promptu hic esse cupiat, non is saepe, spe sua frustratus, operam se quaerendo perdere intelligat. horum ergo caussa, qui nulla sibi ad scribendum adjumenta deesse volunt, alios praeterea locos, alios fontes indicandos esse putavimus: ut quos opera juvare nostra non potuimus, iis saltem indicio profuisse videamur. atque hic fidem liberabimus libro superiore obligatam: quum partitionis tertiae capite quinto nos ostensuros recepimus, veterum scriptorum lectione stilum hunc nostrum mirifice adjuvari. hi nimirum loci sunt, hi fontes, e quibus qui formam inscriptionum naturamque jam noverint, multa passim haurire, ac totos saepe titulos auferre possint. de his autem pro cujusque convenientia atque usu singillatim dicendum est: ut qui antiquos scriptores saepe pervolutant, quid a quoque et quos maxime in usus decerpi possit, ipsi etiam legendo animadvertant.

CAPVT I.

De locis ac fontibus inscriptionum, quae ad sex genera revocantur

I. Quamquam nemo fere e Latinis scriptoribus non utilissimus ad inscriptiones conficiendas esse potest, quum multa sane atque varia sive verborum sive sententiarum ornamenta vel poëtae ipsi suppeditent; quatuor tamen video esse, quos legisse ac pertractasse potissimum praestet, Tullium, Caesarem, Nepotem, Livium: qui non solum ea fere omnia scribendo attigerunt, quae titulis illustrari maxime solent, sed stili etiam qua splendore, qua venustate ceteris antecellunt. ac de istorum quidem singulari praestantia nihil me attinet dicere: quorum libri omnium manibus teruntur. de usu horum est mihi et utilitate disserendum; quo nempe titulorum scriptores intelligant, nullum esse e sex illis generibus inscriptionum, ad quae singulas revocari diximus, cujus non multa vel exempla vel formulae in eorum scriptis inclusa lateant.

Iamvero ut a Tullio exordiar, quo primo omnes humanitatis magistro usi sumus, praeter decreta illa, quae in Philippicis reliquit omni fere ex parte perfecta, praeterque leges eas, quas altero et tertio de legibus libro proposuit, accuratissime ab eo perscriptas; quosdam etiam ab aliis positos titulos sic refert aut designat, ut nihil prope vel addere opus sit, quo justae inscriptiones fiant. hujusmodi est, exempli gratia, quod de rege Masinissa narrat (1), qui, quum dentes eburneos incredibili magnitudine in insula Melita e fano Iunonis sublatos datosque dono imprudens accepisset, ubi audivit, unde

(1) lib. 4. in Verr. c. 46. n. 103.

essent, statim certos homines in quinqueremi misit, qui eos dentes reportarent, *itaque in his,* inquit, *inscriptum litteris Punicis fuit, Regem Masinissam imprudentem accepisse; re cognita, reponendos restituendosque curasse*: quibus verbis sic latine titulum illum reddendum fuisse declarat:

REX · MASINISSA
IMPRVDENS · ACCEPERAT
RE · COGNITA
REPONENDOS · RESTITVENDOSQVE
CVRAVIT

simile illud de P. Scipione Aemiliano, cui, capta Carthagine magnae curae fuerat, ut omnia Siciliae civitatibus, quae cujusque fuissent, restituerentur. quare Segestani etiam signum quoddam Dianae receperant, posuerantque excelsa in basi, *in qua,* inquit, *grandibus litteris P. Africani nomen erat incisum, eumque Carthagine capta restituisse* (1). hic nempe erat titulus:

P · CORNELIVS · SCIPIO
AEMILIANVS · AFRICANVS
CARTHAGINE · CAPTA
RESTITVIT

Saepe autem inscriptio sic in Tullii verbis tota inest, ut rejectione tamen et delectu aliquo opus sit. qualis haec est ex oratione ejusdem pro domo sua (2):

LICINIA
VIRGO · VESTALIS
ARAM · ET · AEDICVLAM
ET · PVLVINAR
SVB · SAXO · SACRO
DEDICAVIT
T · FLAMINIO · Q · METELLO
COS ·

nec dissimilis illa, quam ex Philippica nona (3) elicuit Tesaurus, his verbis:

SER · SVLPICIO · Q · F · LEM · RVFO
QVOD · DIFFICILLIMO · REI · PVBLICAE
TEMPORE · AVCTORITATEM · SENATVS
SALVTEMQVE · POPVLI · ROMANI
VITAE · SVAE · PRAEPOSVERIT
ET · IN · LEGATIONE · MORTEM · OBIERIT
VITAE · CONSENTANEAM
SENATVS · POPVLVSQVE · ROMANVS

Verum, quod pluris fieri debet, multae praeterea sunt Tullii dictiones, et, quas undique decerpere possis, sententiae varietate atque copia inscriptionibus peridoneae: quas si quis scite legat jungatque, magno ornamento esse possint. ibi autem maxime quaerendae sunt, ubi oratio vel ad universi generis disputationem refertur, vel in rerum gestarum amplificatione versatur. illa enim ῥῆσις inscriptioni saepius convenit: inde sacrae et honorariae inscriptiones, inde operum publicorum tituli sua sponte exsistent.

Atque ut intelligas, quam haec vere dicantur, sume quaeso in manus Tullii orationem pro lege Manilia, et quas inde inscriptiones eliciam, paullisper considera: hinc

(1) l. 4. in Verr. c. 34. n. 74. (2) c. 53. n. 136. (3) c. 7. n. 15.

jam conjectura, ut arbitror, prospicies ac judicabis, quid tibi reliquae Tullii orationes, quid omnia simul volumina dare possint (1):

L · LICINIVS · LVCVLLVS · IMP ·
BELLO · IN · ASIA · CONTRA · MITHRIDATEM
SALVIS · POPVLI · ROMANI · SOCIIS
INTEGRISQVE · VECTIGALIBVS · GESTO
CYZICENIS · OBSIDIONE · LIBERATIS
SERTORIANA · CLASSE · DEPRESSA
SINOPE · ATQVE · AMISO · CAPTIS
PONTO · ROMANIS · LEGIONIBVS · PATEFACTO
REGE · E · PATRIO · REGNO · TOTAQVE · CAPPADOCIA · EIECTO
IOVI · OPTIMO · MAXIMO
DONVM · DEDIT

(2)

CERERI · MATRI
MAXIMAE · FRVGIFERAE
OB · VILITATEM · ANNONAE
QVAE · EX · SVMMA · INOPIA
ET · CARITATE · REI · FRVMENTARIAE
REPENTE · CONSEQVVTA · EST
AEDILES · CEREALES
PATERAM · AVREAM · D · D ·
C · CALPVRNIO · PISONE
M · ACILIO · GLABRIONE COS ·

(3)

CN · POMPEIO · CN · F · MAGNO
IMP · COS · PRO · COS · PRAEF · CLASSIS
ET · ORAE · MARITIMAE
SENATVS · POPVLVSQVE · ROMANVS
QVOD · EIVS · DVCTV · AVSPICIISQVE
CLASSES · OMNES · PRAEDONVM
QVI · E · CILICIAE · LATEBRIS · EMERSI
ITALIAE · SINVS · OBSEDERANT
CILICIA · AD · IMPERIVM · ADIVNCTA
DEPRESSAE · CAPTAE · VLTRA · OCEANI · OSTIVM
COMPVLSAE · SVNT

(1) ex orat. pro L. Man. c. 8. n. 20. 21. (2) ex ead. c. 15. n. 44. (3) ex ead. c. 12. n. 33. 35.

(1)

IMP · CAESARI
DIVI · IVLI · F · AVGVSTO
MARI · SVPERO · ATQVE · INFERO
MAXIMIS · CLASSIBVS
PRAESIDIISQVE · FIRMISSIMIS
ADORNATO
ITALIAE · VRBES
PROPVGNATORI · SVO

(2)

L · FVRIVS · CAMILLVS · COS ·
DEVICTIS · ANTIATIBVS
FORVM
EXVVIIS · NAVTICIS
ET · CLASSIVM · SPOLIIS
ORNAVIT

(3)

TABERNA · ARGENTARIA
C · COELIO · L · FADIO · II · VIRIS
CONSTITVTA
REI · TRANSMARINAE
ET · PRIVATAE · ET · PVBLICAE
OBEVNDAE

Sex, ut vides, inscriptiones una Tullii oratio suffecit, easque satis, opinor, probabiles. ut autem Tullianae hujusmodi formulae antiquis aptae argumentis reperiuntur; sic novis idoneae erunt, iis rejectis, quae religio nostra moresque non recipiunt. exemplo sit sacer hic titulus e formulis item compositus, quas eadem mihi oratio suppeditavit:

(4)

VITALI · MARTYRI
PATRI · MARTYRVM · SANCTISSIMORVM
INVICTO · IGNIPOTENTI
QVOD · EIVS · VIRTVTE · ET · SVBSIDIO
PROVINCIA · VNIVERSA
QVAE · MAGNIS · HOSTIVM · COPIIS
OPPRIMEBATVR
TERRORE · BELLI
ET · INCENDIORVM · PERICVLIS
LIBERATA · SIT
CIVITATES · INSVBRIAE
VOTO · SVSCEPTO
DICAVERVNT

(1) ex ead. c. 12. n. 35.
(2) ex ead. c. 18. n. 55.
(3) ex ead. c. 17. n. 53.
(4) ex c. 11. n. 30.

Ac multo etiam plura e Tullio elicere possis, sententiis siquidem ejus contentus interdum sis, de verbis minus labores. sententias enim habet ubique egregias, quae saepe inscriptionibus propter dignitatem aut venustatem aptissimae inveniantur. exempli hic gratia titulum habeto, quem nuper pro Vitelliorum aedibus scripsi, apud quos Tarracinae D · N · PIVS VI · P · M · hospitatus est:

QVAE · VITELLIORVM · ESSE · MANCIPIO · DICIMVR
VSV · IAM · SVMVS
AEDES
D · N · PII · VI · PONT · MAX · OPTIMI · PRINCIPIS

Tullius nempe sententiam suppeditavit, Curio suo secundum ejus verba sic reseribens (1): *Quae quidem ego non ferrem, nisi me in philosophiae portum contulissem; et nisi haberem socium studiorum meorum Atticum nostrum*, cujus quum proprium te esse scribis mancipio et nexu, meum autem usu et fructu, *contentus isto sum: id enim est cujusque proprium, quo quisque fruitur atque utitur*. enimvero sexcenta hujusmodi passim reperias: quae delibare possis et tua facere.

II· De Caesare jam experiamur, num ejus etiam sententiis atque dictionibus apte numeroseque ornari tituli possint. tu vero quae hic loca in margine extremo indicantur, ea in Caesaris commentariis quaere, et cum inscriptionibus conferto.

(2)

C · IVLIO · C · F · CAESARI
COS · PRO · COS · IMP ·
GALLIA · GERMANIAQVE · PACATA
EX · S · C ·

(3)

C · IVLIVS · C · F · CAESAR
PRO · COS ·
AD · OPPVGNATIONEM · OPPIDI
AGGERE · MOLIBVSQVE · MARE · EXTRVSIT
ET · MAGNITVDINE · OPERIS
MOENIA · ADAEQVAVIT

(4)

C · IVLIVS · C · F · CAESAR
PRO · COS ·
CONTRA · INRVPTIONES · HELVETIORVM
A · LACV · LEMANO · AD · MONTEM · IVRAM
MILLIA · PASSVVM · XVIIII ·
MVRVM · IN · ALTITVDINEM · PEDVM · XVI ·
FOSSAMQVE · PERDVXIT

porro elegantissimos illos commentarios attente si legeris, facile hoc dabis, aliis quoque aptas inscriptionibus formulas dictionesque ibidem latere non paucas: unde etiam titulus est ille, quem libro secundo protuli (5), quum de monumentis sacrorum age-

(1) lib. 7. fam. ep. 30.
(2) ex l. 1. B. Civ. c. 5. n. 7.
(3) ex l. 3. B. G. c. 8. n. 12.
(4) ex l. 1. B. G. c. 4. n. 8.
(5) Part. 1. c. 1. §. 3. n. 1.

retur. sed historicis tamen inscriptionibus conficiendis maximopere utiles eos commentarios cuique futuros existimo: nisi quod quum de aquis earumque ductibus scribendum erit, Frontinum etiam legisse, plurimum proderit.

III. E multis plane operibus, quae a Cornelio Nepote scripta esse accepimus, unae supersunt *Vitae excellentium Imperatorum:* at mirum, quam multa vel illae unae ad ellogia potissimum et epitaphia condenda sufficere studiose singula legenti possint. id tu nunc hisce in exemplis meeum, licet, recognoscas (1).

M · PORCIVS · M · F · CATO
CENSOR · COS · PRO · COS · PR · AED · Q · TR · MIL ·
EX · HISPANIA · CITERIORE · TRIVMPHVM · DEPORTAVIT
EX · SARDINIA · Q · ENNIVM · POETAM · DEDVXIT
IN · CENSVRA · LVXVRIAM · PVLLVLANTEM · REPRESSIT
ATQVE · IN · COMPLVRES · NOBILES · ANIMADVERTIT
MVLTIS · INIMICITIIS · REI · PVB · CAVSSA · SVSCEPTIS
VSQVE · AD · EXTREMAM · SENECTVTEM · LAVDE · CREVIT
SCRIPSIT · ADOLESCENS · ORATIONES · SENEX · HISTORIAS
AGRICOLA · SOLERS · PERITVS · REI · PVB · IVRIS · CONSVLTVS
ORATOR · PROBABILIS · IMPERATOR · MAGNVS
HABITVS · EST

(2)

M · SOSIVS · BALBVS
HIPPARINO
VERNAE · MEO
BENE · MERENTI · FECI
QVEM · NON · SECVS · DILEXI
AC · FILIVM
PROPTER · INGENIVM · EIVS
DOCILE · COME · APTVM · AD · ARTES
OPTIMAS
VIX · ANN · XIII · D · X ·
AVE · HIPPARINE · ET · VALE

duos his titulos addam ad sacrorum genus spectantes, qui apud Cornelium maxime eminent:

(1) ex Caton. vita.

(2) ex Dionis vita n. 1. 2.

(1)

IMP · CAESAR
DIVI · IVLII · F · COS · ITERVM
AEDEM · IOVIS · FERETRI
QVAM · ROMVLVS · IN · CAPITOLIO
CONSTITVERAT
VETVSTATE · ATQVE · INCVRIA · DETECTAM
T · POMPONII · ATTICI
ADMONITV
REFICIENDAM · CVRAVIT

(2)

PAVSANIAS · LACEDAEMONIVS
IMPERATOR
CVIVS · DVCTV
BARBARI · APVD · PLATAEAS
DELETI · SVNT
OB · EAM · VICTORIAM
APOLLINI
DONVM · DEDIT

nec omittam Epaminondae epitaphium, quod idem latine reddidit; esto, ita graece scriptum fuerit, ut brevius scribi posset: quemadmodum a Noghera jam animadversum est (3): cujus tamen rei haec Epaminondae fuisse caussa videtur, ut res a se gestas commemorando exaggeraret, inculcaretque memoriae judicum. nam illud certo sciebat, numquam futurum, ut tale epitaphium in sepulcro suo incideretur.

(4)

EPAMINONDAS
A · THEBANIS · MORTE · MVLTATVS · EST
QVOD · EOS · COEGIT
APVD · LEVCTRA · SVPERARE
LACEDAEMONIOS
QVOS · ANTE · SE · IMPERATOREM
NEMO · BOEOTIORVM · AVSVS · FVIT
ASPICERE · IN · ACIE
QVODQVE · VNO · PROELIO · NON
SOLVM · THEBAS . AB · INTERITV · RETRAXIT · SED · ETIAM · VNIVERSAM
GRAECIAM · IN · LIBERTATEM · VINDICAVIT · EOQVE · RES · VTRORVMQVE
PERDVXIT · VT · THEBANI · SPARTAM · OPPVGNARENT · LACEDAEMONII
SATIS · HABERENT · SI · SALVI · ESSE · POSSENT · NEQVE · PRIVS
BELLARE · DESTITIT
QVAM · MESSENA · CONSTITVTA
VRBEM · EORVM
OBSIDIONE · CLAVSIT

mI· Venio ad Livium, in quo uno plura sane, quam in ceteris omnibus stili hujus nostri adjumenta inesse dico. neque tamen eum mihi laborem nunc sumam, ut novas inscriptiones ejus verbis conficiam: id jam superius experti sumus, formulis saepe

(1) ex V. T. Pomp. Att. n. 20.
(2) ex V. Pausaniae n. 1.
(3) in comm. Inscr. n. 7.
(4) in Epam. n. 8.

usi, quas ex ejus libris excerptas in caput octavum partitionis primae congessimus. itaque hoc satis, si inscriptiones quasdam, quae in ejus libris prope integrae occurrunt, omnium instar proponam. ac primam a Rycquio dabo (1), quam et Pighius (2) ex verbis Cincianis apud Festum, male olim apud Livium (3) detruncatam, refinxit hoc modo:

IVPPITER · ATQVE · DI · OMNES · HOC · DEDER·
VT · T · QVINCTIVS · DICT · OPPIDA · NOVEM
DIEBVS · IX · CAPERET · X · PRAENESTE · IN
DEDITIONEM · ACCIPERET
EARVM · RERVM · ERGO
TRIENTEM · TERTIVM · PONDO
CORONAM · AVREAM
I O V I
D · D ·

Trientem autem *tertium*, auctore Festo (4), significare ait Cincius, Mystagogicon libro secundo, duas libras pondo et trientem. *qua consuetudine*, inquit Festus, *hodieque utimur, quum lignum* bes alterum *dicimus, id est pedem et bessem latitudinis habens; et* sestertium, *id est duos asses et semissem tertium*. jam altera inscriptio, quam Livius habet integram, est Acarnanum epitaphium, quod in communi sepulcro inscribi voluerunt, qui adversus Aetolos conjuraverant, suscepto bello, nisi victores, se non redituros (5):

HEIC · SITI · SVNT · ACARNANES
QVI · ADVERSVS · VIM
ATQVE · INIVRIAM · AETOLORVM
PRO · PATRIA · PVGNANTES
MORTEM · OPPETIVERVNT

Alias id genus nonnullas superiore libro retuli. quas vero subjiciam, in iis aliquid additamenti est (6):

CN · Q · OGVLNII · AED · CVR ·
SEMITAM · SAXO · QVADRATO
A · PORTA · CAPENA
AD · MARTIS · STRAVERVNT

(7)

L · AELIVS · PAETVS
C · FVLVIVS · CVRVVS AED · PL ·
EX · PECVNIA · MVLTATITIA
LVDOS · FECERVNT
PATERAS · AVREAS · AD · CERERIS
POSVERVNT

(1) de Capit. c. 24.
(2) Ann. l. 3. an. 374.
(3) l. 6. c. 17. n. 29.
(4) in V. *Trientem*.
(5) l. 26. c. 19. n. 25.
(6) l. 10. c. 16. n. 23.
(7) lib. 10. ibid.

(1)

M · VALERIO · M · F · MAXIMO
DICTATORI
QVOD · SEDITIONIBVS · CIVIVM
COMPOSITIS
CILNIOQVE · GENERE
CVM · PLEBE · IN · GRATIAM · REDVCTO
ETRVRIAM · SINE · VLLO · PROELIO
PACAVERIT
ORDO · ET · POPVLVS · ARRETINVS
PATRONO · MERENTI

(2)

SENATVS · POPVLVSQVE · ROMANVS
M · AEMILIO · COS ·
QVOD · INFESTA · CLEONYMI · CLASSE
PROELIO · VNO · FVGATA
THVRIISQVE · VETERI · CVLTORI · REDDITIS
PACEM · AGRO · SALLENTINO
PEPERERIT

(3)

QVAE · VIRGO · PATRICIA
E · PATRIBVS · ENVPSERIT
PVDICITIAE · PATRICIAE · SACRIS
ARCETOR

longum est cetera persequi, nec plane opus: alia quisque atque alia hujusmodi exempla facile inveniet: quique hoc efficere conabitur, ut Livium bene noscat, non dubito, quin brevi magnam sibi ad titulos pangendos facultatem adeptus videatur. nemo sane ex antiquis, quod jam Maffejus aliique viderunt (4), nemo, inquam, sollemnibus formulis diligentius usus est: id ipsae veterum inscriptiones declarant, quorum formulae Livio iisdem in rebus familiares sunt. nolo tamen hoc ita accipi, ut qui Livium forte vel etiam ceteros scriptores, quos hic laudavimus, diu multumque pervolutarit, nihil jam sibi deesse putet, quominus unum se ex omnibus ad titulos scribendos maxime aptum arbitretur. nae hic veterum scriptorum dictionibus quam optimis facile abutatur, nisi genera incriptionum earumque usum et formam cujusque ante cognoverit.

(1) l. 10. c. 2. n. 5. v. Gor. Inscr. t. 2. p. 271.
(2) l. 10. c. 1. n. 2.
(3) l. 10. c. 16. n. 23.
(4) Mus. V. p. 490. 2. Fabrett. etc.

CAPVT II.

De locis ac fontibus inscriptionum temporariarum

I. Inscriptiones temporariae, nisi communi ceterarum stilo confectae sint, poëtarum fere coloribus nitere solent. ii sane, qui genus hoc scriptionis Latinis litteris illustrarunt, quamquam a Vellejo quaedam, alia a Plinio peti poterant, vix alios adiisse fontes mihi videntur, quam poëtarum libros. hinc enim haustas sententias, hinc ipsa plerumque verba petita curiosius exquirenti apparet: quumque alios sibi numeros et pedes constituissent, poëtarum tamen concentum quendam et versus imitatos eos esse nemo non videt ea ipsa exempla, quae libro secundo protuli, Catulli Horatiique floseulis aspersa sunt: nec quae aliunde sive ex antiquorum libris sive ex recentiorum scriptis legi possint, alium fere ornatum, alia verborum ac sententiarum lumina habere videantur. itaque non alios ego fontes demonstrare tironi audeam, unde temporariae inscriptionis formulas sumat, quam poëtas, illos, inquam, poëtas, quī aurea Augusti aetate floruerunt: a quibus utique unis sententiae dictionesque mutandae sunt; ne, si subsequentium aetatum auctores placere incipiant, ad avorum nostrorum argutias vel potius ineptias recidamus.

Iamvero ut quammulta a poëtis illis derivare in rem suam tiro possit, aliqua nunc ex parte adsequatur, quaedam hic quoque argumenta proponam, quae sint inscriptionibus exornanda: tum omni ornamento a poëtarum carminibus sumpto, quid quisque conari et efficere possit, utili exemplo commonstrabo. eum autem sequar ordinem, quem libro superiore amplexus sum, et ab inscriptionibus incipiam, quae precationum votorumque caussa proponendae sint.

II. Finge igitur, supplicatione ad Mariae Virginis templum decreta, ob caeli intemperiem et agrorum sterilitatem avertendam, vias, qua pompa traducenda sit, ejus generis inscriptionibus esse decorandas: ecce tibi in eum usum inscriptiones aliquot e veterum poëtarum formulis compositas, oratione ad sanctam Virginem conversa, cujus nempe simulacrum apud nos in hujusmodi pompis portari solet:

(1)

REGINA · VIRGO · PRODEAS
ET · MATER · SVMMI · REGIS
AGE · OMNI · SANCTA · NOMINE
PRAESENTI · VT · SOLES · TVAM
SOSPITES · OPE · GENTEM

(2)

TE · VOTIS · TE · SOLLICITA · PRECE
PAVPER · COLONVS · AMBIT
SVPINAS · ECCE · FERENS · AD · CAELVM · MANVS
TE · DVLCIBVS · ALVMNIS
PROPITIAM · PRECATVR

(1) ex Catull. carm. 34. (2) ex Hor. l. 1. od. 35. et l. 3. od. 23.

(1)

TE · VOLENTE · AGRICOLAS
NVMQVAM · DESTITVAT · SPES
FERTILISQVE · MAGNOS · VSQVE · FRVGVM
ACERVOS · ANNVS · PRAEBEAT
ET · PLENO · MVSTA · LACV

(2)

TE · VOLENTE · DIVES · AGRIS
AVTVMNVS · CAPVT · EFFERET
POMIS · DECORVM · MITIBVS
PRESSA · LAETI · CONDENT · MELLA
PLENIS · PASTORES · AMPHORIS

(3)

O · TEMPESTATVM · POTENS
NIMBORVMQVE · SONANTIVM
SI · QVID · ARCTVRI · PARAT · CADENTIS · IMPETVS
VT · GRANDO · SAXIS · ILLIDATVR · ASPERIS
EXTREMO · ET · ORBE · DETONET

(4)

O · TERRAE · SIMVL · AEQVORISQVE · DOMINA
SATORVMQVE · CVSTOS · ET · FLORENTIS · VINEAE
SI · QVID · MINATVR · EVRVS
VT · DESERTA · MONTIVM · ANNOSAEQVE · INHOSPITIS
PLECTANTVR · SILVAE · CAVTIBVS

(5)

AGROS · SI · CAELO · SPECTES
NEC · VRENTEM · VITIS · AFRICVM
NEC · STERILEM · SENTIAT · ROBIGINEM · SEGES
TVIS · QVISQVE · DE · MVNERIBVS
TIBI · SACRAS · LIBABIMVS · PRIMITIAS

Saturnios hic mihi versus reddidisse videor, de quibus libro secundo disserui, ne eruditae quidem aetati ignotos neglectosque: quos nunc etiam non absurde usurpari putem, quum populi vota significanda sint, aut laetitia aut metus aut dolor; quibus quum animus concitatus est, impetu magis quam ratione utitur, nec pedes aut numeros potest attendere.

III. Porro eodem modo, si templum exempli caussa festo apparatu splendeat, quod natalis, ut dicimus, dies celebrandus sit Principis Apostolorum, tituli ad templi ornatum vel unius fere Horatii formulis confici possint.

(1) ex Tib. l. 1. el. 1.
(2) ex Hor. Epod. n. 2.
(3) ex Hor. l. 3. od. 1.
(4) ex Hor. l. 1. od. 28.
(5) ex Hor. l. 3. od. 23.

(1)

SALVE · ROMANAE · GENTIS
PATER · ET · CVSTOS · PETRE
QVAE · TE · SIDERIBVS · INTVLIT · DIES
FESTVS · HAC · TIBI · POPVLVS
CVM · PROLE · MATRONISQVE · SVPPLEX
AD · ARAS · VOTA · NVNCVPAT

(2)

AETERNO · SACRA · NVMINI
QVAE · NITET · ARGENTO · DOMVS
ET · AVRO · FVLGET · ROSEAQVE · PVRPVRA
TIBI · NITET · TIBI · FVLGET
O · CAELITVM · MAGNORVM
GRANDE · DECVS · PETRE

(3)

O · TVTELA · ROMAE · PRAESENS
ET · TVAE · DEFENSOR · VRBIS
TIBI · SI · NOSTRI · CVRA · PRINCIPIS · OBTIGIT
DA · MVLTA · PER · QVINQVENNIA
REGAT · VT · AEQVVS · ORBEM
TE · DVCE · ET · AVSPICE

(4)

QVAE · TVO · CREVIT · SANGVINE
TVISQVE · VIGET · INSTITVTA · LEGIBVS
DA · SANCTE · QVAE · PRECAMVR
VEL · QVA · SOL · PROMIT · VEL · QVA · CONDIT · DIEM
NIHIL · VT · VRBE · ROMA
POSSIT · VISERE · MAIVS

(5)

VOTIS · O · PATER · CIVIVM
SI · BONVS · ANNVAS · ET · BONOS
VOLENS · DVCAS · AD · EXITVS
CANDIDA · PAX · VRBEM · COLET
ET · ARMA · DVRI · MILITIS
NEGLECTA · IN · TENEBRIS · SITVS · OCCVPABIT

(1) Horat. l. 1. od. 12. l. 3. od. 18.
(2) Catull. carm. 65. Horat. l. 2. od. 17.
(3) Horat. l. 4. od. 14. l. 1. od. 12.
(4) Hor. Carm. Saec.
(5) Hor. l. 4. od. 8. Tib. l. 1. el. 10.

(1)

NOBIS · SI · COELO · SOSPITATOR · ADERIS
TVAMQVE · PLACIDO · VREEM · ADSPICIES · LVMINE
PROBI · IVVENTAE · MORES
ET · TVTA · QVIES · SENECTAE
ET · RES · ET · PROLES · ERIT
ET · OMNE · ROMAE · DECVS

Nec vero formulae a poëtis deerunt, si ob regis adventum inscriptiones in temporariis fornicibus, aut pro aedium et portarum arcubus frontibusque eminere debeant: quibus scilicet quum Principis virtus, tum populi amor prodatur.

(2)

SOSPES · IAM · VRBI · REDDITVS
PARENS · ADVENIT · PATRIAE
NVNC · VOS · O · PVERI · IVVAT
NVNC · VOS · IVVAT · O · VIRGINES
SACRO · PLACARE · CARMINE
REGIS · CVSTODEM · DEVM

(3)

LVCEM · OPTIME · PRINCEPS
TVAE · AGE · REDDE · PATRIAE
AGE · INSTAR · VERIS · POPVLO
VVLTVS · AFFVLGEAT · TVVS
GRATIOR · VT · EAT · DIES
ET · SOLES · MELIVS · NITEANT

(4)

SALVE · PATER · SALVE · DOMINE
TV · FRVGES · AGRIS · REFERES
TVTAMQVE · LATE · PACEM · FINIBVS
TV · PATRVM · REVOCATIS · ARTIBVS
EVAGANTI · LICENTIAE
VICTOR · INIICIES · FRENA

(5)

TECVM · IAM · PRISCA · FIDES
TECVM · INGENVVS · PVDOR
ET · NEGLECTA · REDIT · VIRTVS
EN · BEATA · PONE · FAVSTITAS
INGREDITVR · ET · PLENO
IT · COMES · COPIA · CORNV

(1) Hor. Carm. Saec.
(2) Hor. l. 1. od. 36.
(3) Hor. l. 4. od. 5.
(4) Hor. l. 4. od. 15.
(5) Hor. Carm. Saec.

(1)

QVIS · REGE · TE · SVPERBAE
IAM · MINAS · CVRET · AFRICAE
AVT · THRACIS · ARMA · PAVEAT
IBVNT · PACATVM · PER · MARE · NAVITAE
NOS · DVLCE · TECVM
SECVRI · PERSEQVEMVR · OTIVM

III. Reliquum est, ut illud experiamur, num ad funebres quoque inscriptiones formulae in poëtarum libris idoneae reperiantur: quae sane permultae insunt, ut non uni argumento sufficere vel copia vel varietate facile possint. nam et affectus illi saepe tractarunt, et moralia praecepta tradidere, et in virtute commendanda multi fuerunt: quae omnia in funebri inscriptione maxime locum habent. satis hic tamen, si uno in argumento versemur, et funus ornandum fingamus principis adolescentis, quem morte praereptum, titulis qua feretro qua templi parietibus publice propositis, civitas lugeat.

(2)

DVCITE · FVNVS · CHARITES
ET · SPES · ET · ALMA · VERITAS
IVSTITIAEQVE · SOROR
INCORRVPTA · FIDES
HEV · LECTAE · NVPER · COMITES
VOS · INCLITVM · OCTAVIVM
VESTRO · ALEBATIS · SINV

(3)

ILLA · MAGNIS · PROLES · EDITA · PROAVIS
ET · MAGNAE · PARS · IMITANDA · DOMVS
MODO · CVPIDIS · MORTALIBVS
OSTENSVM · SIDVS · OCCIDIT
ACTA · VIX · PVERITIA
DVM · TREPIDARET · AETAS
TERTIVM · CLAVDERE · LVSTRVM

(4)

HEV · INDOMITAE · MORTI
QVAE · MORAM · PIETAS · AFFERET
SI · SAEVA · ILLACRIMABILIS
PIETATE · INSIGNEM · PVERVM
ACERBO · MERSIT · FVNERE

(1) Hor. l. 4. od. 5.
(2) Hor. l. 1. od. 24.
(3) Prop. l. 4. el. 12. Hor. l. 2. od. 4.
(4) Hor. l. 2. od. 14.

(1)

QVID · PVERO · VIRTVS · PROFVIT
VIRTVS · IN · PVLCRO · GRATIOR
NON · SERA · VENIENS · CORPORE
VNVS · IAM · PARVO · IN · ORBE
TOT · BONA · CLAVSIT · DIES

(2)

SQVALET · MOERORE · DOMVS
ET · ORBA · DOMINVM · VOCANS
AMISSVM · QVAERIT · DECVS
AT · ILLE · SIDVS · AVREVM
LAETO · SPATIATVR · POLO
ET · STELLAS · PEDIBVS · PREMIT

(3)

LVGET · OPTIMA · PARENS
NEC · POTIS · VLLVS · ESSE · DESIDERIO
TAM · CARI · CAPITIS · MODVS
AT · ILLE · CAELITVM · CONCILIO
SANCTISQVE · INSERTVS · PATRIBVS
SECVRVM · AGIT · AEVVM

Fontes jam, ut receperam, demonstrasse mihi videor, habetque tiro ad temporarias inscriptiones condendas, unde sibi veterum opes comparet: quae in promptu et in propatulo sunt. in his ego compilandis si cupidior fuisse dicar, non equidem infitiabor: aliquam tamen fuisse caussam defendam, ne scilicet ad poëtarum libros frustra tirones rejici viderentur.

(1) Prop. l. 3. el. 17. (2) Hor. l. 4. od. 5. Epod. n. 17. (3) Hor. l. 1. od. 24. l. 3. od. 25.

CAPVT III.

De locis ac fontibus inscriptionum nummariarum

I. Ea profecto est nummorum veterum copia et varietas, ut qui nunc monetariis parare titulos debeat, exempla omnis fere generis, quae imitetur, antiquis in nummis invenire facile possit. sed quia id agimus hoc libro, ut tirones omni adjumentorum genere instruamus; ne hoc quidem praetermittendum est, quosnam alios adire fontes possint, ut titulis quibusque, quos aetas haec nostra in nummis probet, aptas dictiones formulasque reperiant.

Enimvero quamquam Latinorum scriptorum nemo non aliquid aliquando sufficere potest, quo praeclare utique et apposite utaris; unus tamen a me ob stili maxime genus ceteris antefertur, C. Cornelius Tacitus: cujus ea in rebus designandis ratio est, ut nec a titulorum, quos nummi referunt, dignitate abeat, et concinnitatem brevitatemque saepe imitetur. accedit etiam, quod ea potissimum scribendo attigit, quae plerumque in nummis enunciari proferriqne solent: ut qui formulas inde legat attentius, raro iis abuti posse videatur. quare non alios ego inscriptionum nummariarum locos fontesque uberiores demonstrari posse, quam Annales ejus Historiasque, crediderim: in quibus nimirum et rerum varietas proprietatem ostendit verborum, et scribendi vis tituli cujusque modum mensuramque definit. atque id ipsum expertus dico: duobus enim tribusve libris ejus, neque his studiose perlectis, non paucos a me titulos variatis plane formulis diversisque sententiis deprehensos sensi, quos nemo, opinor, recentibus in nummis si legeret, repudiare auderet. quare eos mihi libros relegendos putavi, quo inscriptiones decerperem, quae hoc loco describerentur: argumento ut essent, quammultae ex utroque Taciti opere tolli possint, si quis ad eas singulis in libris vestigandas operam suam paullo diligentius conferre velit.

Neque hic tamen eas mihi inscriptiones proferendas arbitror, quae adversis frontibus aptae sint: quis enim hic quaerat, quum ex nominibus fere notisque tantum appellationibus constent? illas hoc loco describi interest, quae aversarum sunt frontium; in quibus nempe quidquid laude aut memoria dignum est, et effigie et titulo designatur: illae in nummis praecipuae habentur, unaeque judicium eruditorum subire solent. sic autem distribuam, ut quae inscriptiones ad religionem pertinere possint, eas primas proponam; secundo autem loco quae ad rei publicae administrationem: tertium eae habeant, quae ad rem militarem spectent: beneficia, liberalitates, opera publica extremo recenseantur.

II. Iamvero ut a titulis exordiar, quibus ad sollemnes religiones sacrosve ritus indicandos uti liceat, si forte Pontifex Maximus sancti viri nomine in Ecclesiae fastis adscripto, nummos cum ejus effigie cudi jubeat, Taciti usus formula inscribere possis (1)

CAELESTES · RELIGIONES · DECRETAE

idem gravi aliqua de caussa si edicto monuerit, quibus diebus populus ad supplicandum convenire in templa debeat, id Taciti verbis sic designes (2):

SVPPLICATIONVM · DIES · CONSTITVTI

(1) ex Ann. l. 1, c. 11. (2) ex Ann. l. 2. c. 32.

si autem pompa per urbem religionis ergo ducta sit, hic nummi titulus esse possit (1):

VRBE · LVSTRATA

finge etiam funus publice celebratum iis, qui pro patria pugnantes occubuerint; inscriptio haec quadrabit (2):

SVPREMA · RELIQVIIS
PROPVGNATORVM · VRBIS · SOLVTA

si Princeps, quod convaluerit, votam Deo aedem ac dedicatam in nummo effingi velit, inscribes (3),

VOTIS · PRO · INCOLVMITATE · SOLVTIS

III· Ad reipublicae administrationem quod attinet, plures apud Tacitum tituli occurrent, quibus res quaeque notabilis designetur: quo e numero hic aliquot describam satis ex ipsis verbis perspicuos.

(4)

TVTELA · REI · PVBLICAE · SVSCEPTA

(5)

ADEPTO · PRINCIPATV

(6)

COMITIIS · AD · PATRES · TRANSLATIS

(7)

IMPERIO · INTRA · TERMINOS · COERCITO

(8)

ARCHELAI · REGNO · IN · PROVINCIAM · REDACTO

(9)

AVCTORIBVS · SEDITIONIS · SVBLATIS

(10)

LEGE · MAIESTATIS · REDVCTA

(11)

MVLTA · IN · LVXVM · CIVITATIS · DICTA

IIII· Nec vero difficilius indidem inscriptiones legas, quibus rem bellicam et militares labores aut gloriam significes: ex iisdem enim libris hae sunt:

(12)

LIBIDO · FEMINARVM · COERCITA

(13)

ACTO · IN · VRBE · DELECTV

(1) Hist. l. 1. c. 87.
(2) Ann. l. 1. c. 61.
(3) Ann. l. 2. c. 69.
(4) ex Ann. l. 1. c. 12.
(5) indid. c. 7.
(6) indid. c. 15.
(7) indid. c. 12.
(8) ex Ann. l. 2. c. 42.
(9) ex Ann. l. 1. c. 29.
(10) indid. c. 72.
(11) ex Ann. l. 2. c. 33.
(12) indid. c. 85.
(13) ex Ann. l. 1. c. 31.

(1)

COPIARVM · RECTORIBVS · DESTINATIS

(2)

BRITANNIA · PERDOMITA

(3)

THRACIA · OMNI · POTITVS

(4)

SEGIMERO · IN · DEDITIONEM · ACCEPTO

(5)

REGE · MAROBODVO · PACE · OBSTRICTO

(6)

SACRAMENTO · IN · NOMEN · PII · VI · RENOVATO

(7)

RE · PVBLICA · VICTORIIS · AVCTA

(8)

DEBELLATIS · INTER · RHENVM · ALBIMQVE · NATIONIBVS

V· Demum si ea enuncianda sint, quae Princeps magnifice aut liberaliter aut utiliter fecerit, aptas his quoque formulas ibidem invenies hujusmodi:

(9)

REX · ARMENIIS · DATVS

(10)

ANGRIVARIIS · IN · FIDEM · ACCEPTIS

(11)

PENATIBVS · AVI · REDDITVS

(12)

CIVITATE · LINGONIBVS · DATA

(13)

RE · PVBLICA · PATRIBVS · COMMENDATA

(14)

GALLIS · TRIBVTI · LEVAMENTO · OBLIGATIS

(1) ex Hist. l. 1. c. 87.
(2) indid. c. 2.
(3) ex Ann. l. 2. c. 65.
(4) ex Ann. l. 1. c. 71.
(5) ex Ann. l. 2. c. 26.
(6) ex Ann. l. 1. c. 8.
(7) indid. c. 31.
(8) ex Ann. l. 2. c. 22.
(9) ex Ann. l. 2. c. 3.
(10) indid. c. 24.
(11) ex Ann. l. 1. c. 5.
(12) ex Hist. l. 1. c. 78.
(13) indid. c. 90.
(14) indid. c. 8.

(1)

VACATIONIBVS · ANNVIS · E · FISCO · EXSOLVTIS

pretiis scilicet vacationum, quae gregarii milites centurionibus solvebant, ut a quibusdam militiae muneribus vacarent (2):

OB · MODERANDAS · TIBERIS · EXVNDATIONES

(3)

NARE · IN · RIVOS · DEDVCTO

Plura jam exempla proferri opus non est, ut intelligas, quantum formularum ad nummorum inscriptiones e Taciti libris elici possit. si duo tresve libri non exiguum suffecere numerum, quanto plus e reliquis sumi poterit? verum judicii hoc tui erit, ut quid cujusque nummi argumento conveniat, recte dignoscas. ipsae enim nummorum effigies utriusque frontis, quod jam monuimus, pars saepe tituli sunt non exigua; quacum inscriptio nisi consentiat, gratiam operis perdidisti. veteres tamen nummos tractauti haud longi studii res erit antiqua reddere exempla, et Latinam venustatem cum religione ac moribus hisce nostris conjungere.

Erit fortasse, qui miretur, Taciti formulas a me recipi probarique, quum is post Augustum floruerit, ejusque aetatis scriptor habeatur, quae quod superiori concedat, quam *Auream* vocant, *Argentea* ipsa nominetur: mihi vero, quum de Latini scriptoris usu et imitatione agitur, melius ii sentire videntur, qui egregie quidem eum facere existimant, qui vetustiorem illam eloquutionem, id est elegantiam, compositionem, dignitatem sequatur: at eundem falli, quum verba et formulas, nisi ab illis ipsis scriptoribus sumpta sint, omnia tamquam vulgaria rejiciat. neque enim, quod haec in paullo sequioris aetatis auctoribus tantum legamus, illud quisquam evincet, eadem superiori aetati ignota fuisse aut neglecta. ut enim multa in vetustissimo quoque scriptore nunc invenimus, quae posterioribus communia sunt; sic quae horum solum, qui proximi fuere, propria videntur, siquidem antiquorum scripta omnia aetatem pertulissent, utique altius deducta, et ab illis ipsis usurpata esse constaret.

(1) ex Hist. l. 1. c. 46. (2) ex Ann. l. 1. c. 79. (3) indid. cap. eod.

CAPVT IIII.

De locis ac fontibus titulorum rerum privarum

I. Ingenio quisque suo facile inveniat, quae privatis in opusculis, ut res poscet, inscribat. nec Latinorum Graecorumque sententiae desunt, e quibus nonnulli justa volumina confecerunt. quia tamen harum non eadem concinnitas omnium est, et verbis interdum ac formulis multi magis, quam sententiis egent, quae si ornatu careant, hebetes sunt vulgaresque; idcirco haud inutile tironibus futurum arbitror, si dictorum elegantissimorum puros quosdam fontes demonstrem, unde, si libeat, scitissimas quasque sententias haurire possint. existimo autem duos maxime e veterum scriptoribus harum elegantiarum locupletissimos esse, Publium Syrum et P. Terentium, quorum alter Mimos, alter Comoedias scripsit, uterque scite, concinne, et, ut veteres dicebant, latine. atque ex horum quasi penu, quamquam multa ex utriusque operibus amissa sunt, non paucos sane titulos liceat eligere, qui minutis inscripti opusculis, non modo acutis sententiis, sed etiam lepore ipso et venustate delectent. sive enim senarios inscribas ipsos, sive formulas tantum in eandem similemve sententiam decerpas, vix fieri potest, ut in dicto elegantia desideretur.

Porro hic etiam, ne quis spe tenuissima frustrari se putet, prolatis exemplis ostendendum est, integros ejusmodi titulos in utriusque poëtae libris quaerenti, alios atque alios sponte occursuros: quorum sententiae non omnibus quidem omnes, sed singulae tamen singulis vel temporibus convenire vel rebus possint. atque annis primum, quoniam hinc mihi exordiendum est, titulos a Terentio petemus, cujus oratio saepe concisas habet sententias: nam longiusculos anuli capere non possunt, quales in P. Syri legimus Mimis. ecce autem quos Terentium parumper versans elegi, non utique dissimiles antiquorum:

(1)

VT · BENE · SIT · TIBI

(2)

SALVVS · SIS · CRITO

(3)

BONO · ANIMO · FAC · SIS

(4)

O · SALVE · BONE · VIR

(5)

O · FAVSTVM · ET · FELICEM · DIEM

(6)

PROCESSISTI · HODIE · PVLCRE

(1) Phorm. 1. 2. 101.
(2) Andr. 4. 5. 7.
(3) Adelph. 4. 2. 4.
(4) Andr. 5. 2. 5.
(5) indid. 5. 4. 53.
(6) Adelph. 5. 9. 22.

(1)

ADVENTVM · GRATVLAMVR

(2)

CEDO · DEXTRAM

(3)

SI · DESERIS · TV · PERIMVS

(4)

TVVM · NOMEN · DIC · QVOD · EST

(5)

MITTE · MALE · LOQVI

(6)

AH · NE · SAEVI · TANTOPERE

(7)

NE · QVID · NIMIS

(8)

EGO · SPEM · PRETIO · NON · EMO

II· At titulos poculis paterisque aptos large uterque auctor suppeditat, praesertim si et illos recipiamus, quibus moralis aliqua sententia suggeratur: quod antiqui etiam probaverunt, quorum tituli alio saepe quam ad vinum aut ad convivia spectant.

(9)

PRIOR · BIBAS

(10)

TRISTITIAM · SI · POTES · CAVE · NE · ADMISERIS

(11)

MAGNANIMO · INIVRIAE · REMEDIVM · OBLIVIO · EST

(12)

RARVM · ESSE · OPORTET · QVOD · DIV · CARVM · VELIS

(13)

ANGVSTA · CAPITVR · TVTIOR · IN · MENSA · CIBVS

(14)

PVRAS · DEVS · NON · PLENAS · ASPICIT · MANVS

(1) Eun. 2. 2. 28.
(2) Heaut. 3. 1. 84.
(3) Adelph. 3. 4. 12.
(4) Phorm. 5. 8. 59.
(5) Andr. 5. 3. 2.
(6) indid. 5. 2. 27.
(7) indid. 1. 1. 34.
(8) Adelph. 2. 2. 11.
(9) Phorm. 2. 2. 28.
(10) P. Syr. Edit. Patav. n. 925.
(11) id. n. 412.
(12) id. n. 809.
(13) id. n. 43.
(14) id. n. 702.

(1)

PECVNIAM · IN · LOCO · NEGLIGERE · MAXIMVM · INTERDVM · EST · LVCRVM

(2)

SCITVM · EST · PERICVLVM · EX · ALIIS · FACERE · TIBI · QVOD · EX · VSV · SIET

(3)

BENEFICIVM · DANDO · ACCEPIT · QVI · DIGNO · DEDIT

hi porro ceterique id genus tituli tum maxime elegantiae plurimum habere videantur, si ad poculorum et paterarum argumenta referri possint.

III· Iam tesserae, sive lusoriae sint, sive alio quocumque e genere, his, si velis, aut similibus insigniri titulis possint (4):

VIRTVTI · MELIVS · QVAM · FORTVNAE · CREDITVR

(5)

FELICITAS · NVTRIX · EST · IRACVNDIAE

(6)

LONGVM · EST · QVOD · FLAGITAT · CVPIDITAS

(7)

DIES · QVOD · DONAT · TIMEAS · CITO · RAPTVM · VENIT

(8)

QVOD · FVGERE · CREDAS · SAEPE · SOLET · OCCVRRERE

(9)

SOLET · HORA · QVOD · MVLTI · ANNI · ABSTVLERINT · REDDERE

(10)

ALEATOR · QVANTVM · IN · ARTE · EST · TANTO · EST · NEQVIOR

(11)

DELIBERANDO · SAEPE · PERIT · OCCASIO

IIII· Apud eosdem auctores alias hujusmodi sententias invenias, quae lucernis inscriptae delectent, vel etiam in vasis ipsis fictilibus cupide legantur:

(12)

NVLLVM · LOCVM · ESSE · SINE · TESTE · PVTAVERIS

(13)

SVVM · SEQVITVR · LVMEN · SEMPER · INNOCENTIA

(14)

NON · POTE · NON · SAPERE · QVI · SE · STVLTVM · INTELLIGIT

(1) Ter. Adelph. 2. 2. 8.
(2) id. Heaut. 1. 2. 36.
(3) P. Syr. n. 72.
(4) id. n. 961.
(5) id. n. 236.
(6) id. n. 406.
(7) id. n. 177.
(8) id. n. 794.
(9) id. n. 891.
(10) id. n. 14.
(11) id. n. 169.
(12) id. n. 574.
(13) id. n. 913.
(14) id. n. 564.

(1)

NECESSITATIS · EST · REMEDIVM · PARCITAS

(2)

INOPIAE · PARVA · DESVNT · AVARITIAE · OMNIA

(3)

NVLLI · IMPONAS · QVOD · IPSE · NON · POSSIS · PATI

(4)

LEVIS · EST · FORTVNA · CITO · REPOSCIT · QVOD · DEDIT

quid haec, inquies, ad fictilia, vel ad ipsos lychnos quoscumque? parum sane quadrare multi existiment: sed his etiam aliisque hujusmodi sententiis si effigies et anaglypta respondeant, non illae sine caussa adjectae videantur.

V· Armis vero et instrumento bellico vel sine argumento ullo convenient tituli, quae indidem legi possint, hujusmodi:

(5)

OMNIA · PRIVS · EXPERIRI · QVAM · ARMIS · SAPIENTEM · DECET

(6)

IVS · SVMMVM · SAEPE · SVMMA · EST · MALITIA

(7)

IN · REBVS · DVBIIS · PLVRIMI · EST · AVDACIA

(8)

IGNOSCITO · SAEPE · ALTERI · NVNQVAM · TIBI

(9)

BIS · VINCIT · QVI · SE · VINCIT · IN · VICTORIA

(10)

AVDENDO · VIRTVS · CRESCIT · TARDANDO · TIMOR

(11)

NOCERE · POSSE · ET · NOLLE · LAVS · AMPLISSIMA · EST

(12)

LEGEM · SOLET · OBLIVISCI · IRACVNDIA

(13)

ERIPERE · TELVM · NON · DARE · IRATO · DECET

(1) P. Syr. n. 505.
(2) id. n. 358.
(3) id. n. 571.
(4) id. n. 398.
(5) Ter. Eun. 4. 7. 19.
(6) id. Heaut. 4. 5. 48.
(7) P. Syr. n. 360.
(8) id. n. 322.
(9) id. n. 89.
(10) id. n. 61.
(11) id. n. 547.
(12) id. n. 397.
(13) id. n. 197.

VI· Denique, si tanti est, nam plerumque temporum notas tantummodo in antiquis lateribus tegulisque legimus, sententias etiam reperias aliquot, quae satis commode in his quoque inscriptae putentur, cujusmodi hae sunt:

(1)

NIL · PROPRIVM · DICAS · QVOD · MVTARI · POTEST

(2)

NIL · ERIPIT · FORTVNA · NISI · QVOD · ET · DEDIT

(3)

HOMO · VITAE · COMMODATVS · NON · DONATVS · EST

(4)

NON · CITO · RVINA · PERIT · IS · QVI · RIMAM · TIMET

(5)

AVARVS · NISI · CVM · MORITVR · NIL · RECTE · FACIT

Plura jam aggerere exempla nil opus est. quammulta ibidem parata sint, quae quisque ad arbitrium suum legat usurpetque, facile vestigando intelliges. quod si cui haec satis non erunt, alia atque alia in poëtarum veterum libris, ut libet, quaerat: vel se etiam ad sacros scriptores conferat, qui optimas plane sententias sufficient: nisi quod Latina raro affluent venustate, quae tota veterum propria fuit. quare qui illas praeoptent sententias, non tam verba eorum, quam res sequi debent, quae nempe scitis antiquorum formulis efferendae sunt.

(1) id. n. 534.
(2) id. n. 525.
(3) id. n. 306.
(4) id. n. 553.
(5) id. n. 60.

CAPVT V.

De locis ac fontibus inscriptionum poëticarum

I. Epigrammatum optimorum, quae latine scripta sint, summam esse paucitatem, alibi jam questi sumus. nec vero quicumque Latinorum veterum, quae nostra aetate constant, volumina omnia sit scrutatus, non idem nobiscum fateatur: quum ii ipsi, qui se optima quaeque vulgare profcssi essent, ut justum volumen conficerent, Martialis etiam carmina simul edenda judicaverint. huc accedit, eam jamdiu eruditorum sententiam esse, qui epigramma ad optimum exemplar scribere velint, ejusque veram haurire notionem cupiant, iis fere Graecorum esse fontes adeundos. soli enim Graeci, ut scripsit Quadrius (1), epigrammatis indolem quasique formam viderunt; nec, si optima a Latinis aliquando prodierunt, non illa etiam ex iisdem desumpta fontibus reperiantur. habemus autem, ut jam monui, librum inter Graecos collectis undique epigrammatis locupletissimum, quem quasi flosculis refertum omnibus Ἀνθολογιαν veteres inscripsere: hunc quia majores nostri in deliciis habebant, ii nempe, qui altero abhinc saeculo scribendi laude floruerunt, idcirco ea ab illis epigrammata accepimus, in quibus non dissimilis Graecorum elucet nitor, et ornata quaedam sententiarum concinnitas, ut nihil extra modum esse videatur.

II. His animadversis, non alii mihi inscriptionum poëticarum fontes commonstrandi esse tironibus videntur, quam ipsa illa Ἀνθολογια, non modo omni lepore ac venustate affluens, sed magna etiam argumentorum copia et incredibili varietate distincta. nam quod ad Graecos rejiciam, qui inscriptionum Latinarum fontes quaerunt; non id absurdum videri debet, quum illud primum a tirone jam requisierim, ut latine sciret perbene, nec se inscriptionibus pangendis idoneum putaret, nisi jam multum in humanitatis ac litterarum studiis profecisset. quaedam autem hic etiam exempla proponenda sunt e singulis poëticarum inscriptionum generibus, unde quisque intelligere possit permulta esse, quae nunc etiam a Graecis mutuari liceat. ac ne quis Graeca carmina Latinis versibus repugnare, et quae Graecis placuere, Latinis pingi coloribus haud posse arbitretur; exempla hic Graecorum Latina proferam, ex iis scilicet epigrammatis, quae Raimundi Cunichi stilo latine reddita (2), omnium jam eruditorum judicio elegantissima atque optima putari video. haec demum qui legerit, hoc facile dabit, plurima omnino in una Graecorum Ἀνθολογια inscriptionum optimarum vel exempla vel adjumenta inveniri.

Iamvero quae superioribus libris poëticarum inscriptionum certa sunt genera constituta, eadem hic quoque servemus, quatuorque in partes exempla omnia tribuamus: epitaphiorum prior erit, altera inscriptionum sacrarum; post has historicae: at extremo loco ellogia consequentur.

(1) Hist. Poës. t. 2. l. 2. dist. 3. c. 5. (2) Edit. Rom. 1771.

PARS I·

EPITAPHIA

(1)

Tumulus Orphei

ORPHEA · THREICII · NEMOROSO · IN · VERTICE · OLYMPI
PROLEM · CALLIOPES · CONTEGIT · HIC · TVMVLVS
ORPHEA · QVI · THYASOS · INVENIT · PRIMVS · IACCHO
DVCERE · ET · HEROO · NECTERE · VERBA · PEDE
ORPHEA · CVI · DVRAE · QVERCVS · CVI · SAXA · FERARVM
CVI · BRVTVM · TOTIES · PARVIT · OMNE · GENVS
ORPHEA · PLVTONIS · MENTEM · ATQVE · IMMANIA · SOLVS
QVI · POTVIT · DVLCI · FLECTERE · CORDA · LYRA

(2)

Tumulus Homeri

PIERIDVM · SACER · INTERPRES · DIVINVS · HOMERVS
HEIC · SITVS · AEQVOREO · CONDITVR · IN · SCOPVLO
TANTVM · PARVA · VIRVM · TEGIT · INSVLA · PARCE · SED · HOSPES
MIRARI · VATIS · PARCE · DOLERE · VICEM
ERRABVNDA · MARI · SIC · DELOS · MATRIS · AB · ALVO
EGRESSVM · EXCEPIT · PARVVLA · LATOIDEM

(3)

Tumulus Hesiodi

LOCRIDOS · IN · NEMORE · HESIODI · FRIGENTIA · LETO
MEMBRA · SVIS · NYMPHAE · FONTIBVS · ABLVERVNT
AC · TVMVLVM · STRVXERE · VIRO · CVI · RVSTICA · PVBES
LAC · NIVEVM · INFERIAS · FLAVAQVE · MELLA · DEDIT
ET · MERITO · TAM · DVLCE · MELOS · DE · GVTTVRE · FVDIT
PIERIDVM · PVRO · POTVS · AB · AMNE · SENEX

(4)

Tumulus Aeschyli

EXIMIO · TRAGICAM · PRIMVS · QVI · CARMINE · MVSAM
EX · HVMILI · CELSVM · SVSTVLIT · AD · COLVMEN
AESCHYLVS · ACTAEA · IACET · HEIC · MALE · PVLSVS · AB · VRBE
ATQVE · SVO · DECORAT · TRINACRIAM · TVMVLO

(1) Incerti, Anth. l. 3. c. 25. n. 9.
(2) Paulli Silentiarii, Anth. l. 3. c. 25. n. 4.
(3) Alcaei, Anth. l. 3. c. 25. n. 17.
(4) Antipatri, Anth. l. 3. c. 25. n. 28.

(1)

Tumulus Hipponactis

HIPPONAX · IACET · HEIC · POETA · SI · QVIS
ES · MALVS · MONEO · PROCVL · RECEDE
SIN · BONVS · POTES · ET · SEDERE · VATIS
IN · BONI · ET · PLACIDE · CVBARE · BVSTO

(2)

Tumulus Sophoclis

ITE · SOPHOCLEVM · PLACIDE · SERPENTE · CORYMBO
PER · TVMVLVM · ET · VATI · PLECTITE · SERTA · HEDERAE
VITIS · ET · VVIDVLOS · CIRCVM · DET · LAETA · RACEMOS
VNDIQVE · ET · E · MOLLI · SE · ROSA · FVNDAT · HVMO
DIA · VIRI · HOC · MERVIT · SAPIENTIA · SVAVILOQVENTI
CARMINE · CVI · MVSAS · MISCVIT · ET · CHARITAS

(3)

Tumulus Praxitelis

HAEC · HILARES · AD · BVSTA · DATE · O · BONA · VERBA · SALVTEM
CERTATIM · ET · MVLTAM · DICITE · PRAXITELI
QVIPPE · FVIT · VATESQVE · BONVS · CONVIVAQVE · COMIS
SALVE · O · SALVE · ITERVM · O · ANDRIE · PRAXITELES

(4)

Tumulus Eucratidae rustici

TERRA · SINV · EVCRATIDAN · MOLLIS · PRECOR · EXCIPE · AMICO
HAVD · OBLITA · SENIS · QVAE · TIBI · CONTVLERIT
MVLTA · LABOS · VT · TE · FELICIS · TERMITE · OLIVAE
VT · STIRPE · ORNARIT · LAETIFICA · BROMII
FRVGIBVS · VT · DENSIS · HORTVM · ET · POMARIA · DVCTA
VT · TIBI · PER · SVLCOS · SAEPE · RIGARIT · AQVA
PRO · QVIBVS · INCANO · CAPITI · LEVIS · ESSE · MEMENTO
ET · FLORVM · E · VIRIDI · GERMINA · FVNDE · SOLO

(5)

Tumulus Nicodici

QVEMQ · SVA · EXTINCTVM · LVGET · DOMVS · OBRVTA · FLETV
TOTA · BONVM · LVGET · PATRIA · NICODICVM

(1) Theocriti, Anth. l. 3. c. 25. n. 24.
(2) Paulli Silentiarii Anth. l. 3. c. 25. n. 39.
(3) Incerti, Anth. l. 3. c. 20. n. 7.
(4) Incerti, Anth. l. 3. c. 6. n. 32.
(5) Simonidis, Anth. l. 3. c. 1. n. 18.

(1)

Tumulus Agathonis

ABDERA · IMPOSITVM · FLAMMIS · AGATHONA · SVPREMIS
OMNIS · AD · EXSTRVCTOS · LVXIT · AMICA · ROGOS
CVI · SIMILEM · HAVD · VNQ · IVVENEM · VIRTVTE · CRVENTVS
ARMORVM · SAEVO · IN · TVRBINE · MARS · RAPVIT

(2)

Tumulus Sabini

SIT · LAPIS · HIC · NOSTRAE · CAPVT · O · MIHI · DVLCE · SABINE
EXIGVVS · MAGNAE · TESTIS · AMICITIAE
TE · MIHI · NVLLA · DIES · TIBI · ME · NEC · FRIGIDA · LETHE
SPERO · EQVIDEM · IMMEMORI · DILVET · EX · ANIMO

(3)

Cenotaphium Timoclis

TIMOCLIS · NOMEN · CLAMO · SPECTOQVE · NEFASTA
HAEC · PELAGE · CORPVS · SICVBI · FRIGIDVLVM
FLVCTVET · ILLVM · EHEV · PISCES · HAVSERE · GEROQVE
IPSE · SVPERVACVVS · NOMEN · INANE · LAPIS

(4)

Tumulus Eugeniae

FLORENTEM · ROSEISQVE · GENIS · ET · CARMINIS · ARTE
DOCTRINA · SANCTI · IVRIS · ET · OMNIGENA
EVGENIAM · HEIC · TELLVS · COHIBET · CVI · VERTICE · FVNVS
DVXERVNT · RASO · MVSA · THEMIS · PAPIHE

(5)

Tumulus Archedices

HIC · IACET · ARCHEDICE · QVAE · REGVM · FILIA · MATER
NVPTA · SOROR · FASTV · NON · TAMEN · INTVMVIT

(6)

Tumulus Nostus

ATTVLIT · HOC · VIRTVS · TIBI · NOSTO · MORTE · PEREMPTAE
VT · PRAETER · TVMVLVM · VIR · DARET · ET · LACRIMAS

(1) Anacreontis, Anth. l. 3. c. 5. n. 3.
(2) Incerti, Anth. l. 3. c. 1. n. 19.
(3) Onestae, Anth. l. 3. c. 22. n. 54.
(4) Agathiae, Anth. l. 3. c. 12. n. 31.
(5) Paulli Silentiar. post Idyll. Theocr.
(6) Incerti, Anth. l. 3. c. 10. n. 27.

(1)

Tumulus Philaenii puellae

HEV · MISERANDA · IACES · PHILAENION · OPTIMA · NEC · TE
MATER · IN · ORNATOS · DVXIT · OVANS · THALAMOS
SED·TRIA·NONDVMETIAM·COMPLENTEM · LVSTRA·CRVENTAS
VNGVE · GENAS · LANIANS · CONDIDIT · HOC · TVMVLO

(2)

Tumulus Timadis puellae

TIMADIS·HIC · CINIS · EST · INNVPTAM · IN · FLORE · IVVENTAE
QVAM · NIGRO · EXCEPIT · PERSEPHONE · THALAMO
CVIVS · BVSTA · SVPER · FLAVO · DE · VERTICE · TONSAM
AEQVALES · CVNCTAE · DEPOSVERE · COMAM

(3)

Tumulus Melites

NICO · ANVS · INNVPTAE · MELITES · DAT · SERTA · SEPVLCRO
QVAE · NISI · MORS · LEGES · NESCIAT · ACCIPERET

(4)

Tumulus Nicotelis

IMPLENTEM · VITAE · NONDVM · TRIA · LVSTRA · PHILIPPVS
SPEM · MVLTAM · HEIC · GENITOR · NICOTELEN · POSVIT

(5)

Tumulus Callimachi pueri

QVINQVENNIS · PVER · ET · CVRARVM · NESCIVS · ORCO
RAPTVS · AB · IMMITI · CALLIMACHVS · PERII
NE · ME · FLETE · TAMEN · CVI · VITAE · TEMPORA · PARVA
HVIC · ETIAM · VITAE · PAVCA · FVERE · MALA

(6)

Sepulcrum commune bellatorum, qui ad Thermopylas occubuere

HOS · PATRIAE · DECVS · AETERNVM · VIRTVTE · FERENTES
INVOLVIT · NIGRA · PALLIDA · MORS · NEBVLA
NEC · RAPTI · PERIERE · TAMEN · QVOS · FAMA · SVPERSTES
SEDIBVS · EREPTOS · VINDICAT · E · STYGIIS

(1) Persae, Anth. l. 4. c. 32. n. 13.
(2) Sapphus, Anth. l. 3. c. 12. n. 24.
(3) Leonidae, Anth. l. 3. c. 10. n. 3.
(4) Callimachi, Anth. l. 3. c. 23. n. 1.
(5) Luciani, Anth. l. 3. c. 9. n. 2.
(6) Alcaei, Anth. l. 3. c. 5. n. 22.

(1)

Sepulcrum commune
liberatorum patriae

HOS · PATRIAE · QVI · COLLA · IVGO · SOLVERE · IACENTES
NIGRA · SVB · OBSCVRO · PVLVERE · TERRA · TEGIT
FACTA · VIRVM · SED · CLARA · VIGENT · CIVESQ · SEPVLCRVM
PRO · PATRIA · VT · CVPIANT · FATA · SVBIRE · MONET

(2)

Sepulcrum commune
militum Tegeatum

HORVM · OB · VIRTVTEM · NON · IVIT · AD · AETHERA · FVMVS
INCENSIS · LATAE · MOENIBVS · A · TEGEAE
SERVITII · EXPERTEM · PATRIAM · QVI · LINQVERE · GNATIS
IPSI · ACIE · IN · PRIMA · SED · VOLVERE · MORI

(3)

Sepulcrum commune
militum Eretriensium

GRAIA · MANVS · IVVENVM · QVOS · MISIT · ERETRIA · SVSIS
ACCVBAT · HEV · DVLCI · QVAM · PROCVL · A · PATRIA

PARS II.

INSCRIPTIONES SACRAE

(4)

Rex Philippus
Herculi

MVGITV · ORBELI · SALTVS · QVI · TERRVIT · ALTO
QVI · FERVS · EMATHIAE · VASTA · DABAT · NEMORA
DARDANIAE · CLADEM · GENTIS · REX · IPSE · PHILIPPVS
FVLMINEO · TAVRVM · STRAVIT · HVMI · IACVLO
HAEC · TIBI · ET · ALCIDE · PRAEDVRO · NON · SINE · TERGO
INDOMITI · CAPITIS · CORNVA · CELSA · DEDIT
QVIPPE · TVA · EXORTVM · CLARA · DE · STIRPE · DECEBAT
CAEDE · BOVM · GENITOR · ESSE · TIBI · SIMILEM

(1) Mnesalci, Anth. l. 3. c. 5. n. 15.
(2) Incerti, Anth. l. 3. c. 5. n. 47.
(3) Incerti, Anth. l. 3. c. 5. n. 29.
(4) Antipatri, Anth. l. 6. c. 15. n. 23.

(1)

Rex Pyrrhus
Palladi

SCVTA · MOLOSSEVS · REX · HAEC · TIBI · PALLAS · ITHONI
PYRRHVS · MAGNANIMIS · DEDICAT · A · GALATIS
FVSA · ACIE · ANTIGONI · NEC · MIRVM · BELLIPOTENTES
ET · FVERVNT · ET · SVNT · NVNC · ETIAM · AEACIDAE

(2)

Rex Pyrrhus
Iovi

DITEM · ASIAE · TERRAM · QVAE · VASTAVERE · TVLERVNT
QVAE · TIBI · TRISTE · OLIM · GRAECIA · SERVITIVM
NVNC · IOVIS · IN · TEMPLO · PENDENT · EREPTA · SVPERBAE
AEACIDA · A · PYRRHO · SCVTA · MACEDONIAE

(3)

Pherenicus Palladi

HANC · BELLOQ · BONAM · TOTIES · SACRISQ · MINISTRAM
MAGNVM · BARBARICO · QVAE · SONAT · ORE · TVBA
AEREA · PALLADIAM · PONIT · PHERENICVS · AD · ARAM
ET · BELLVM · SENIOR · DESINIT · ATQVE · SACRA

(4)

Promachus Apollini

HVNC · ARCVM · ET · PHARETRAM · VICTOR · SVSPENDIT · INANEM
PHOEBE · PATER · PROMACHVS · MVNERA · GRATA · TIBI
AT · MEDIAS · INTER · VOLITANTIA · TELA · PHALANGES
HOSTES · IN · MEDIO · PECTORE · FIXA · GERVNT

(5)

Rufus Minervae

ENSIS · SCVTVM · OCREAE · THORAX · GALEA · HASTA · DICANTVR
ARMISONAE · A · RVFO · PALLADI · MEMBIADA

(1) Leonidae, Anth. l. 6. c. 25. n. 13.
(2) ex Pausan. in Attic.
(3) Antipatri Sidon., Anth. l. 6. c. 25. n. 3.
(4) Maesarchi, Anth. l. 6. c. 25. n. 2.
(5) Eutolmii, Anth. l. 6. c. 25. n. 8.

(1)

Tropaeum Regis Philippi
de Atheniensibus

HOSPES · CECROPIDVM · GENTI · GRAVIS · ATQVE · GRADIVO
STO · SACER · EMATHIAE · GLORIA · MAGNA · LAPIS
DEDECORANS · MARATHONA · ET · LITTOREAE · SALAMINAE
GESTA · PHILIPPEA · GRANDIA · VERSA · MANV
I · NVNC · ET · PATRIAS · IVRA · O · DEMOSTHENES · VMBRAS
PATRIBVS · ET · TOTI · STO · GRAVIS · IIIC · GENERI

(2)

Nicagoras Iovi

HOCCE · IOVI · CLYPEI · FRAGMEN · GESTAMINA · LAEVAE
AEREA · BELLATOR · NICAGORAS · POSVIT
QVIDQVID · ABEST · NIMBVS · TELORVM · ET · SAXEA · GRANDO
DISCVSSVM · ATQVE · ENSES · VVLNIFICI · ABSTVLERVNT
QVALISCVNQVE · TAMEN · SERVAVIT · MEQVE · MIHIQVE · EST
SEMPER · SERVATVS · MILLIBVS · IN · MEDIIS
VMBO · QVEM · QVISQVIS · CERNET · SANCITA · VIDEBIT
SPARTAE · SCITA · HOSTI · QVAE · DARE · TERGA · VETANT

(3)

Simulacrum Palladis

PALLAS · EGO · EX · AVRI · FVLVO · CONFLATA · METALLO
QVOD · SACRI · MVSIS · CONTVLERVNT · IVVENES
DIMIDIAM · POSVIT · CEPHISIVS · ADDIDIT · ILLI
OCTAVAM · THESPIS · DEINDE · SOLON · DECIMAM
VICENAM · THEMISON · PARTEM · NOVEM · AT · IPSA · TALENTA
QVAE · DEERANT · ATQVE · ARS · MVNVS · ARISTODICI · EST

(4)

Dorotheus Baccho

QVI · BONVS · ARGVTAM · CALAMIS · CONIVNGERE · VOCEM
DOROTHEVS · TRISTES · DARDANIDAS · CECINIT
FVLMINEVM · ET · SEMELES · PARTVM · TROIAEQVE · LABOREM
ARDVA · QVVM · VICTOR · PERGAMA · STRAVIT · EQVVS
CANTORESQVE · INTER · CELEBRANTES · ORGIA · SOLVS
VNGVE · MALO · VOLVCRIS · FVGIT · AB · INVIDIAE
THEBANI · PROLES · SOSICLIS · CELSA · LYAEI
AD · TEMPLA · HEIC · CALAMOS · ET · CITHARAM · POSVIT

(1) Gemini, Anth. l. 4. c. 4. n. 12.
(2) Paulli Silent., Anth. l. 6. c. 25. n. 6.
(3) Ptolemaei, Anth. l. 1. c. 46. n. 5.
(4) Alcaei, Anth. l. 1. c. 11. n. 4.

(1)

Medon Apollini

FVRCILLASQVE · PEDVMQVE · TIBI · VISCOQVE · MADENTES
HOSCE · AVCEPS · MEDON · PHOEBE · DEDIT · CALAMOS
PARVI · OPERIS · MVNVS · PARVVM · MAIORA · DATVRVS
ABS · TE · PHOEBE · ALIQVID · MAIVS · VBI · ACCIPIET

(2)

Morichus pastor Mercurio

HVNC · MORICHVS · PASTOR · CAVLAS · PROPE · DEDICAT · HERMAM
CVSTOS · CAPRIGENVM · SERVET · VT · ILLE · PECVS
O · NEMORE · IN · VIRIDI · PASTAE · MEA · CVRA · CAPELLAE
IAM · LICET · AVDACES · NON · TIMVISSE · LVPOS

(3)

Eudemus Zephyro

EVDEMVS · VIRIDI · PARVVM · HOC · IN · VALLE · SACELLVM
VENTVS · QVO · NVLLVS · PINGVIOR · EST · ZEPHYRO
QVOD · CITVS · AVXILIO · VENIT · IACTATAQVE · FARRA
SECREVIT · VANIS · COMMODVS · A · PALEIS

PARS III.

INSCRIPTIONES HISTORICAE

(4)

Pons Xenoclis

ITE · SACRI · CERERIS · CELSA · AD · DELVBRA · MINISTRI
ITE · NEC · HIBERNAE · TERREAT · IMBER · AQVAE
TAM · SOLIDVM · LATO · PONTEM · SVPER · AMNE · XENOCLES
HVNC · VOBIS · CIVIS · LINDIVS · IMPOSVIT

(5)

Navium rostra, in quibus
mel apes fecerunt

AEREA · ROSTRA · VAGIS · OLIM · PRAEFIXA · CARINIS
HEIC · BELLI · TESTES · FIGIMVR · ACTIACI
INTVS · APVM · FERVENT · EXAMINA · DENSA · REPERTIS
DVLCES · IN · LATEBRIS · QVAE · POSVERE · FAVOS
CAESARIS · HAEC · VIRTVS · HOSTILIA · QVI · BONVS · ARMA
PACIS · FERRE · BONAE · MVNERA · PERDOCVIT

(1) Aegidis, Anth. l. 6. c. 15. n. 27.
(2) Leonidae, Anth. l. 4. c. 12. n. 28.
(3) Bacchilidis, Anth. l. 6. c. 7. n. 6.
(4) Simonidis, Anth. l. 4. c. 29. n. 1.
(5) Philippi, Anth. l. 6. c. 25. n. 16.

(1)

Aquaeductus Axiochi
ad Assum Lelegum urbem

OMNES · AXIOCHO · CERTATIM · FAVSTA · PRECAMVR
VRBES · IVVIT · ENIM · CEV · DEVS · EXIMIE
OMNES · VERVM · ASSVS · PRAE · CVNCTIS · STRVXIT · AQVARVM
CVI · DVCTVS · SECTO · MIRIFICOS · LAPIDE
NE · FVGE · ME · POSTHAC · NE · SPERNE · VIATOR · ABVNDO
DIVES · FRIGIDVLIS · FONTIBVS · AXIOCHI

(2)

Horti
propter mare

QVARVM · SIT · LOCVS · HIC · MAGNO · CERTAMINE · CERTANT
NYMPHAE · NAIADES · NEREIDES · DRYADES
LECTA · CHARIS · IVDEX · HAERET · SVSPENSA · QVOD · AEQVE
HEIC · MARIA · HEIC · FONTES · HEIC · NEMORA · ESSE · VIDET

(3)

Suburbanum
cui nomen Amor

HVC · ADES · HVIC · LANGVENS · HORTO · SVCCEDE · VIATOR
ET · FESSVM · IN · VIRIDI · GRAMINE · PONE · LATVS
HEIC · VBI · SPONTE · SVA · PLATANIS · CINGENTIBVS · ALTE
PROSILIT · ET · DVLCI · MVRMVRE · LYMPHA · SONAT
VERNA · VBI · ODORATOS · MISCENT · SE · GERMINA · FLORVM
PER · SVLCOS · VIOLAE · PVRPVREAEQVE · ROSAE
CERNE · SOLO . SERPENS · VT · PRATA · MADENTIA · RORE
PASSIM · HEDERA · EFFVSIS · IMPLICAT · VDA · COMIS
CERNE · HVNC · QVI · VIRIDEM · VITREVS · RIPAM · SECAT · AMNIS
NATIVI · ET · NEMORIS · MORDET · VTRINQVE · LATVS
ET · MERITO · SVM · DICTVS · AMOR · NAM · NVLLA · VENVSTAS
NVLLVS · NON · CHARITVM · ME · LEPOR · EXHILARAT

(4)

Tholus
Asclepiodoti

IPSVM · LONGA · DIES · LAPIDEM · TERIT · AT · BENEFACTA
ASCLEPIODOTI · NON · TERET · VLLA · DIES
DONA · BONVS · PATRIAE · TOT · TANTAQ · CONTVLIT · ADDE
OMNIBVS · HAEC · CELSI · CONCAVA · SEPTA · THOLI

(1) Incerti, Anth. l. 4. c. 28. n. 6.
(2) Paulli Silent. Anth. l. 4. c. 15. n. 2.
(3) Mariani, Anth. l. 4. c. 30. n. 4.
(4) Incerti, Anth. l. 4. c. 28. n. 10.

(1)

Aedes Fortunae
in cauponam versa

TV · QVOQVE · VERSA · IOCVS · VVLGO · ES · FORTVNA · TVASQ ·
INFELIX · TANDEM · ES · TV · QVOQVE · PASSA · VICES
NAM · TVA · TEMPLA · VIDES · IN · FOEDAM · VERSA · POPINAM
ET · DEA · QVAE · FVERAS · SORDIDA · COPA · MODO · ES
AT · BENE · HABET · PROPRIOS · FLE · CASVS · CASIBVS · ANTE
LAETA · HOMINVM · VT · NOBIS · SIC · TIBI · DIVA · LEVIS

(2)

Titulus Hermae

HVNC · O · VIATOR · QVEM · VIDES · HERMAM · PVTAS
VVLGAREM · AT · AVCTOR · SCIN · QVIS · EST · MIHI · SCOPAS

(3)

Navis pusilla, at felix

DICOR · PARVA · RATIS · DICOR · MINVS · APTA · SVPERBIS
PVPPIBVS · AEQVOREAS · FORTITER · IRE · VIAS
NON · EGO · ME · INFICIOR · PARVAM · TAMEN · OMNIA · PONTVS
AEQVA · DAT · HIC · SORTEM · QVAERIMVS · HAVD · MODVLOS
MAGNA · GVBERNACLO · FIDAT · SPES · EST · SVA · CVIQVE
PARVA · EGO · FRETA · DEVM · NVMINE · TVTA · FERAR

PARS IIII.

ELLOGIA

(4)

Lysimachus

CAESARIEM · ET · CLAVAE · NODOSVM · ROBVR · ET · ORIS
OBTVTVM · IMPAVIDI · TERRIFICVM · ADSPICIENS
IN · TABVLA · EXSVVIAS · NEMEAEI · QVAERE · LEONIS
HAEC · SI · NON · DESVNT · AMPHITRYONIADEN
SIN · DESVNT · SPECTAS · HORRENDA · IN · IMAGINE · MAGNO
AMPHITRYONIADAE · LYSIMACHVM · ADSIMILEM

(1) Palladae, Anth. l. 1. c. 80. n. 7.
(2) Incerti, Anth. l. 4. c. 12. n. 40.
(3) Antipatri Thessali, Anth. l. 1. c. 57.
(4) Incerti, Anth. l. 4. c. 8. n. 14. n. 13.

(1)

Alexander

QVANTVS · ALEXANDER · LYSIPPI · SPIRAT · IN · AERE
QVAE · DVCIS · E · VVLTV · VIS · MICAT · EQVE · OCVLIS
ORA · ETENIM · AD · COELVM · TOLLENS · O · IVPPITER · INQVIT
LAETVS · HABE · CAELVM · TV · TIBI · TERRA · MEA · EST

(2)

Aristagoras

SIC · CLYPEVM · AMBRACIAE · OPPOSVIT · PRO · MOENIBVS · AVDAX
PRAEQVE · FVGA · MORTEM · CEPIT · ARISTAGORAS
THEVPOMPI · SOBOLES · NEC · MIRVM · DORICVS · HOC · VIR
INGENIO · EST · VITAE · NON · TIMET · AT · PATRIAE

(3)

Hercules et Antaeus

EXARSERE · TRVCES · DVRA · EXERCERE · IVVENTAM
LVCTA · HIC · NEPTVNI · FILIVS · ILLE · IOVIS
NEC · PVGNAE · PRETIVM · STANT · FVLVO · EX · AERE · LEBETES
IPSA · SED · HEROVM · VITA · VEL · INTERITVS
VICTVS · PLANXIT · HVMVM · ANTAEVS · VINCIS · IOVE · NATE
VT · FAS · ARGIVVM · EST · LVCTA · OPVS · HAVD · LIBYCVM

(4)

Athleta Spartanus

NON · EGO · MESSENA · VENIO · NON · MISSVS · AB · ARGIS
LVCTATOR · SPARTA · SPARTA · MIHI · PATRIA · EST
ILLI · ARTE · ATQ · DOLIS · VINCVNT · EGO · VINCERE · PAR · EST
VT · LACEDAEMONIVM · VIRIBVS · INDOMITIS

(5)

Theocritus Olympionices

CERNE · THEOCRITVM · QVI · VICIT · OLYMPIA · LVCTAE
SOLERTIS · VARIA · MIRVS · IN · ARTE · PVER
FORMOSVSQVE · ACERQVE · IDEM · PATRIAMQVE · RELATAE
ET · CLAROS · DECORAT · FRONDIS · HONORE · PATRES

(1) Asclepiadae, Anth. l. 4. c. 8. n. 37.
(2) Damageti, Anth. l. 3. c. 5. n. 12.
(3) Diotimi, Anth. l. 1. c. 1. n. 2.
(4) Damageti, Anth. l. 1. c. 1. n. 6.
(5) Simonidis, Anth. l. 1. c. 1. n. 7.

(1)

Clitomachus athleta

QVALIS · IN · AERATA · VIM · SPIRAT · IMAGINE · TALEM
MIRATA · EST · QVONDAM · GRAECIA · CLITOMACHVM
ILLE · MODO · EXVTVS · CAESTVS · GRAVIA · ARMA · CRVENTOS
INVASIT · TORVI · PROELIA · PANCRATII
TERTIA · DEIN · VALIDAE · SVBIIT · CERTAMINA · LVCTAE
VICTOR · ET · EX · ISTHMO · PRAEMIA · TERNA · TVLIT
CONTIGIT · HOC · VNI · GRAIVM · THEBAE · VNDE · CORONAM
INSIGNEM · TVLERVNT · AC · PATER · HERMOCRATES

(2)

Ladas cursor

QVALIS · ERAS · LADA · FVGIENS · PERNICIOR · EVRO
VIXQVE · IMO · TANGENS · FLAMMEVS · VNGVE · SOLVM
AERE · MYRO · TALEM · FECIT · STVDIVMQVE · CORONAE
ET · PRIMAE · TOTO · E · CORPORE · LAVDIS · AMOR
LAETAQVE · SE · PRODIT · FIDVCIA · PECTORE · AB · ALTO
DVCTAM · ANIMAM · SVMMIS · CERNIMVS · IN · LABIIS
IAM · FVGIET · PALMAE · ADSILIET · IAM · IAMQVE · VOLVCRE
AES · IPSO · LEVIOR · QVOD · CIET · ARS · ANIMO

(3)

Arias Tarsensis cursor

TARSE · ARIAS · MENECLI · PROLES · PVLCERRIMA · VESTRVM
POL · NON · AVCTOREM · PERSEA · DEDECORAT
FLAMMEVS · ALATO · CVRRIT · PEDE · NEC · SVA · PERSEVS
ANTEVOLANS · ILLI · TERGA · VIDENDA · DARET
CARCERIBVS · LICET · HVNC · IN · PRIMIS · VEL · PROPE · METAS
CERNERE · SED · MEDIO · NON · LICET · IN · STADIO

(4)

Sappho poëtria.

SAPPHO · EGO · FEMINEVM · VINCO · GENVS · OMNE · VIRILE
VINCIT · VT · OMNE · GENVS · CARMINE · MAEONIDES

(1) Incerti, Anth. l. 4. c. 2. n. 5.
(2) Incerti, Anth. l. 4. c. 2. n. 4.
(3) Antipatri, Anth. l. 1. c. 1. n. 3.
(4) Incerti, Anth. l. 3. c. 25. n. 65.

(1)

Filiae Lycambae

IVRAMVS · QVIDQVID · SACRVM · TELLVRE · SVB · IMA · EST
FABVLA · QVAS · LAEDIT · FOEDA · LYCAMBIADAS
NOS · NEQVE · VIRGINEVM · FACTO · DICTOVE · PVDOREM
NEC · GENVS · ET · PATRIAM · DEDECORASSE · PARON
IN · NOSTRAM · SED · DICTA · DOMVM · FVRIALIA · MENDAX
EVOMVIT · DIRIS · VERSIBVS · ARCHILOCHVS

Hactenus de stilo inscriptionum Latinarum: cui argumento finem attulere nonae Decembres anni M · DCC · LXXVIII. sexto post anno, quam commentari coepissem: initium enim operi fuit sub exitum anni M · DCC · LXXII. quum illa jam calamitas, quae multos mortales afflixit, me quoque in ipso vitae flore perculisset. nimirum in ea rerum conversione, ne medicinam temporis, quae nimis tarda est, exspectarem; solatium mihi a litteris maturius petendum putavi: et quia veteris vitae haec nobis ratio fuerat, ut in laboribus suscipiendis commune bonum et publica commoda spectaremus; rem me publicam aliquatenus navaturum ratus, opusculum hoc jamdiu excogitatum, quod semper occupatione impeditus distuleram, ordiendum mihi perficiendumque esse duxi. quod nunc quidem si neque ingenio perfectum, neque industria elaboratum esse videtur; illud velim, qui haec legent, meminerint, nec laeti hunc animi nec felicium temporum esse fructum, sed quoddam potius diuturni laboris artificium, aeruminarum socium atque luctus. nam scriptioni hnic meae gravis primum, ut dixi, calamitas initium fecit, ereptis iis adjumentis, quae levare laborem possent: tum non loco non caelo eodem inchoatum opus est, quo productum atque absolutum; et eo omnia tempore perscripta, quod multi saepe et graves sodalium meorum casus funestaverunt. quid, quod exitus ipse, quem laetum fore sperabam, tristissimus mihi atque acerbissimus fuit, ut omnem prope secundarum curarum diligentiam studiumque ademerit? quum enim ex iis, quos colerem, quibus me multum debere profiterer, longe primus esset vir ille summus et civitatis decus ac lumen, Alexander Albanus Cardinalis; hunc autem laboris mei fructum spe jam praecepissem, fore propediem, ut volumen hoc, quum ei dicatum esset, existimationem illam meam et studium, gratumque ac beneficiorum memorem animum testaretur; is ipse tantus vir morte extinctus subita est, vix diebus sex post eum diem, quo hic a me liber esset absolutus. nam quum ille pridie nonas Decembres graviter ex intestinis laborare coepisset, quamquam subinde vis morbi remittere visa est, quarto tamen idus sub noctem vehementius afflictatus, die insequenti ante solis ortum facili exitu placidoque decessit.

(1) Dioscoridis, Anth. l. 3. c. 12. n. 15.

Hic vero quoniam clarissimi viri et de me optime meriti gravem et a multis defletum interitum attigi; detur hoc vel officio meo vel dolori, ut extremam hanc orationis meae partem nomini ejus et memoriae quasi inferias et justa persolvam: de quo tamen nihil a me dici potest, quod non omnium bonorum communi judicio et voluntate comprobetur.

VIXERAT · ALEXANDER · ET · NATVRAE · MVLTVM · ET . GLORIAE PROAVOS · ENIM · ILLE · NOVERAT · NOSTROS · CVM . AVIS · VERO ETIAM · VERSATVS · ERAT · PATRVO · AVTEM · SANCTISSIMO · CLEMENTI XI · PONTIFICATVM · MAXIMVM · GERENTI · ADFVERAT · SI · MINVS AETATE · AT · INGENIO · CERTE · ATQVE · VIRTVTE · IAM · REIPVBLICAE IDONEVS · QVI · MILITARI · PRIMVM · LAVDE · ATQVE · EXTRAORDINARIIS IMPERIIS · QVVM · ADOLESCENS · INCLARVISSET · AMPLISSIMIS · ETIAM LEGATIONIBVS · FVNCTVS · ESSET · IS · DEMVM · AD · SACROS MAGISTRATVS · ET · PRAEFECTVRAS · ACCESSERAT · VT . QVANTA IPSE · DIGNITATE · EX · ILLORVM · DECORE · AFFICERETVR · NON MINORA · ILLIS · ORNAMENTA · EX · SVA · LAVDE · REDDERET · IAM ILLVM · DEINDE · HONOREM · QVI · FERE · SENIBVS · CONTINGERE SOLET · AMPLISSIMVM · ET · MAXIMVM · NONO · ET · VICESIMO AETATIS · ANNO · ADEPTVS · FVERAT · EVM . ENIM · IN · PATRVM CARDINALIVM · COLLEGIVM · IS · QVI · PATRVO · SVCCESSIT INNOCENTIVS · XIII . ADLEGERAT · QVEM . ILLE · GRADVM . ANNOS AMPLIVS · OCTO · ET · QVINQVAGINTA · QVVM · TENVISSET · MAGNIS AVCTVM . HONORIBVS · NOBILITATVMQVE · LINQVEBAT · QVOD · CARVS SEMPER · ACCEPTVSQVE · PONTIFICIBVS · MAXIMIS · MVLTVM · IDEM APVD · REGES · MVLTVM . APVD · IMPERATORES · ET · AVCTORITATE ET · GRATIA · VALVERAT · ITAQVE · IN · SVMMA · IAM · SENECTVTE ET · SINGVLARI · APVD · OMNES · EXISTIMATIONE · VT · VITAE · SIC HONORVM · ILLE · METAS · ATTIGISSE · VIDEBATVR

